

Libr. s^ce maie v^{is}ib^{is} de Sythe

- 1 Beda i eplis canonicas.
- 2 Ambrosij de vinea naboch.
- 3 heremij i apokalipsi.
- 4 Ieronimi s^ce eplaz ad ephesios.
- 5 Simobti Augustini
- 6 Tractatus de nauig^o
- A Itē queda d^o s^ca maia

B 19



In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Bruno dei gratia
sancte Coloniensis ecclesie electus. omnibus xpi fidelibus tam futuris
quam presentibus in perpetuum. Universis sacrosancte matris eccle-
sie filiis notum esse uolumus. quod cum ecclesia de Monte
multiplicibus impedita esset debitis et rariis artata impedimentis.
in ea aliquatenus ab his incommodis de proprio exui potuisset nisi peri-
culum incurrisset. godescalcus pietatis homo. inopie eiusdem
ecclesie condescendens. sine spe alicuius recompensationis. ipsam
ab imminenti ruina intuitu dei liberauit. et tres centas ^{marcas} Godefrido
qui eo tempore abbas extitit. simul et confratribus in festo sancti
martini accommodauit. hoc interposito. ut quia predictam pecuniam
in breui recuperare non possent. tantum. XXV. marcas de bonis in
ysackeroode. et boungarde. et lorde. prouementibus. predicto gode-
scalco singulis annis commodius persoluerent. superflua uero
utilitati ecclesie cederent. Respicens igitur abbas benignum
caritatis officium. communicato totius ecclesie capitulo. collate
beneficentie respondit. et prefato godescalco. quatuor carretas
uini melioris de curte in hoggheim et preterea. duodecim maltra
tritici in vorste in beneficio tradidit. Postquam uero ipse
ipsum godescalcum decedere contigerit. uxor ipsius quamdiu
uixerit ususfructum de eodem beneficio una cum filio percipiet.
quod si filius mortua matre superstes fuerit. et uirtutum
merita apud ecclesiam obtinere poterit. eodem beneficio
sicut et mater gaudebit. Si autem et filius antequam uniuersa
debita persoluantur obierit. quecunque residual fuerint simul et
beneficium ad ecclesiam libere redibunt. et heredes ipsorum
nullum ad ea /acquirenda de cetero ^{habebunt}. Ne quis
igitur maliciosus fraudem possit inferre. uel hanc uerita-
tem aliqua - - - - -

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a medieval manuscript. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side.]

[Faint, illegible handwritten text visible on the right edge of the page, possibly from the adjacent page.]

Incipit expositio in septem canoni-
cas epistolas uenerabilis Bede pres-
biteri.
Iacobus dei et dñi nri ihu xpi seruus duodecim tribu-
bus que sunt in dispsione salute.
Orit de hoc iacobo apłs paulus.
Iacobus & cephas & iohannes qui
uidebant columpne ee dederunt
in dextris & barnabe societatis.
ut nos in gentibus illi autem in circū-
cisionem. Quia in circūcisione or-
dinatus erat apłs. curauit eos q̄ ex
circūcisione erant sicut p̄sentes
colloquendo docere. sic & absentes
p̄ epistolam consolari. instruere. incre-
pare. corrigere. Duodecim inq̄t
tribub; que sunt in dispsione. Le-
gimus occiso a iudeis beato stepha-
no quia facta est in illa die p̄secu-
tio magna in ecclesia que erat ihero-
solimis. & omnes dispsi sunt p̄ re-
giones iudee & samarie p̄ter apłs.
His ḡ dispsis qui p̄secutione passi
sunt. p̄pter iusticiam mittit epis-
tolam. nec solum his. uerū etiam
illis qui p̄cepta fide xpi necdum
operib; p̄fecti esse curabant. sicut
sequentia epistolę testant. nec non et
eis qui etiam fidei exortes durabāt.
qui & ipam incredentib; quantū
ualuere p̄sequi ac p̄tubare stude-
bant. Qui tam omnes in dispsioe

fuerunt uariis casib; patria p̄fugi.
et innumis cedib; mortib; q; atq;
erumpnis ubicumq; erāt ab hos-
tib; pressi. sicut hystoria ecclias-
tica sufficienter exponit. S; et iac-
tib; apłoz legim; eo tempe dñice
passionis longe lateq; iam fuisse
dispsos. dicente luca. Erant autē
in iherlm habitantes iudei uiri
religiosi. ex omni natione que sub ce-
lo est. Quaru etiam nationū plu-
rime nominatim exp̄munt. cū
subinfert. Parthi & medi & ela-
mite. & qui habitant mesopota-
miā & cetā. Itaq; iustos hortatur
ne in temptationib; a fide defici-
ant. peccantes castigat & amonet
ut a peccatis se contineant et i uir-
tutib; p̄ficiant. ne infructuosū
sibi imo etiam dampnabile quod
fidei sacramta p̄cepissent reddat.
incredulos amonet ut penitentiā
de nece saluatoris. cetisq; quib; im-
plicabant scelerib; gerant. ante
quā eos ultio celestis uel inuisibi-
liter uel etiam uisibilit̄ irruens
p̄cellat. **O** mē gaudium cristi-
mate fr̄s mei. cum i temptationes
uarias incideritis. **A** p̄fectioub;
inchoat uerbum. ut p̄ ordinē ue-
niat ad eos quos imp̄fectos ee ui-
debat corrigendos. atq; ad p̄fectio

55
55
55



nus culmen erigendos. Et notan-
dum quod non ait simpliciter gaudete.
vel gaudium existimate. sed omne in-
quit gaudium existimate cum intemp-
tationes varias incideritis. Omni
gaudio dignum arbitramini. si uos
propter fidem christi temptationes sus-
tinere stingerat. hec est gratia si propter
scientiam dei sustinet quis patienter
iuste. ut petrus ait. Si benefacienter
patienter sustinetis. hec est gratia apud
deum. Et coapulus eius paulus. Non sunt condig-
ne passionis huius temporis. ad futuram
gloriam que reuelabitur in nobis. Et apostoli
omnes ibant gaudentes a conspectu
oculorum. quoniam digni habitu sunt pro nomine
iesu contumeliam pati. Non ergo contris-
tari debemus si temptati. sed si temp-
tationibus superati fuerimus.

Scientes quod probatio fidei uere patien-
tiam operatur. Ideo inquit ab aduersis
temptamini ut uirtutem patientie
discatis. et per hanc ostendere possitis
ac probare quia firmam fidem fute-
retributionis in corde gestetis. Neque
huic loco struere putari debet. sed po-
tius sonum intelligi. quod paulus ait. Sci-
entes quod tribulatio patientiam operatur.
patientiam autem probationem. Patientia
enim probationem operatur. quia cuius pati-
entia uinci non potest. ille profectus esse
probat. Quod hic quoque subsequenter

edocet. cum dicit. Patientia autem
opus perfectum habet. Et rursum. pro-
batio fidei patientiam operatur. quia illa
ratio facit fideles per patientiam exer-
ceri. ut per hanc fides eorum que fit perfec-
ta probetur. Si quis autem uerum indiget
sapientia. postulet a deo que dat omnibus
affluenter et non imppat. et dabitur ei.
Omnis quidem sapientia salutaris a deo
postulanda est. quia sic uir sapiens
ait. omnis sapientia a deo deo est. et cum
illo fuit semper. Neque aliquis pro libito
arbitrium sine adiutorio gratie diui-
ne quoniam uis pelagiani multum sten-
dant. intelligere ac sapere ualet. Sed
hic specialiter de illa sapientia dici ui-
detur. quia nos intemperationibus
uti necesse est. Si quis inquit uerum non
potest intelligere utilitatem tempta-
tionum que fidelibus probandi causa
eueniant. postulet a deo tribui sen-
sum que dinoscere ualeat. quanta piete-
te pater castigat filios que eterna
hereditate dignos efficere curat.
Et osulte ait. qui dat omnibus afflu-
enter. ne quis uidelicet conscius sue
fragilitatis accipe se petentem pos-
se diffidetur. sed potius quisque recoleret.
quia desiderium pauperum exaudiuit
dominus. et sicut idem alibi dicit. bene-
dixit omnes timentes se dominus. pusil-
los cum maioribus. Verum quia multi

multa petunt a dño que tam ac-
 cipe n̄ merentur. addit qualiter
 petē debent si impetrare desidant.
Postulet autē in fide nichil hesitan?
 hoc ē talem se exhibeat bene uiuē-
 do. qui dign⁹ sit exaudiri dū pos-
 tulat. Qui enim meminit se dñi
 n̄ obtempasse p̄ceptis. in̄ito despat
 dñm suus intendere p̄cib;. Sēptū
 ē enim. Q' obturat aurē suā ne au-
 diat legem. oratio ei⁹ erit execrabilē.
Qui enim hesitat. similis ē fluctu
 maris que a uento mouet⁹ ⁊ cecum
 fert⁹. **Q**ui mordente se cōscientia
 peccī hesitat de p̄ceptione p̄mior
 celestiu. facile ad impulsū tempta-
 tionū statum fidi deserit. qua in
 t̄nquillitate dō seruire uidebat⁹.
 et ad libitū hostis inuisibilis q̄si
 ad flatū uenti. p̄ diuisos uitioy rap-
 tat⁹ errores. **V**ir duplex animo. in-
 ostans ē in omnib; uis suis. **I**n
 omnib; uis suis. in adūsīs dicit. et
 in. p̄spis. **V**ir autē duplex ē animo. q̄
 et ad p̄candum dñm genu flectit.
 uoces p̄catorias emittit. et tam
 accusante se int⁹ cōscientia impe-
 trare posse diffidit. **V**ir ē duplex
 animo. qui et hic uult gaudere
 cū seclō. ⁊ illic regnare cum deo.
Itē uir duplex ē animo. qui i bo-
 nis q̄ fecit n̄ retributionē interiu⁹

si exteri⁹ fauorē querit. vñ bene
 p̄ quendā sapientē dī. **N**e peccato-
 ri. terrā ingredienti duab; uis.
Duab⁹ quippe uis peccator terrā
 ingreditur. quando et dī ē qd ope
 exhibet. et mundi qd p̄cogitatio-
 nem querit. **O**m̄s autē isti incon-
 stantes sūt in om̄ib; uis suis. q̄a fa-
 cillime ⁊ adūsīs seclī deterrenē.
 et p̄spis irretiunt⁹ ut a ueritatis
 uia diuertant. **G**loriet⁹ autē frat
 humilis in exaltatiōe sua. **I**dō iqt
 om̄e gaudiū uos existimare opoz-
 tet cū in temptōnes uarias incide-
 ritis. quia om̄s qui adūsā humili-
 ter. p̄ dño suffert. sublimē ab illo
 regu p̄mia p̄cipiet. **D**ues autē
 in humilitate sua. subaudit⁹ a su-
 periori uerū gloriē. qd p̄ irrisio-
 nem que grece yronia uocat⁹. dictū
 ēē consta. t. **I**ta inqt glām suā qua
 de diuitis supbit ⁊ paupes despi-
 cit. aut q̄ opp̄mit. finiendā ēē me-
 minit. ut humiliat in et̄num
 peat cum purp̄ato illo diuite q̄
 lazaru desperit egentē. **Q**uoniā
 sic flos feni transibit. **F**los feni
 ⁊ odoratu delectat ⁊ uisu. cito
 grām sue uenustatis ⁊ suauitatis
 amittit. idō q̄ huic rectissime p̄-
 sens impioy felicitā assimilatur.
 que diuina ēē nullaten⁹ ualet.

ss
 ss
 ss
 ss
 ss
 ss

» **E**xortus ē enim sol cū ardore y arefe-
» cit fenū. et flos eius cecidit. **A**rdo-
rem solis sententiā dicit distric-
ti iudicis: quia reproborū decōr tem-
porali i fine cōsumit. floret autē et
electi. n̄ tam ut fenum. **I**ustus enī
ut palma florebūt. floret iniusti
temporalit. qm̄ tanq̄ fenū uelo-
citer arefcēt. sic olera herbarū
cito cadent. floret iusti tanquam
arbores. quia flos eorū id ē certissi-
ma spes eorū fructū expectat pennē
Radix quoq; id est caritas eorū. fixa
et immobilis p̄manet. **H**inc etenī
uir sapiens ait. **E**go quasi uitis
fructificauī suauitatē odoris. y flo-
res mei. **D**eniq; naboth uir iustus
mori maluit. qm̄ uineam patrū
suorū in olerū hortū transferri.
Vineā quippe patrū in hortū olerū
transmutare ē. fortia uirtutū opa
que ex patrū doct̄na p̄cepimus
fragili uiciorū delectam̄to mutare.
Iusti autē animā ponere. qm̄ terre-
tria p̄ celestib; bona eligē malunt.
Vn̄ bene de illis psallit. quia erūt
tanq̄ lignū qd̄ plantatū ē secus
decursus aquarū. qd̄ fructū suū
dabit in tempe suo. y cet̄a. **A**t quid
» iniusti. **E**t decōr inq̄t uultus
» ei' deput. ita y diues in itinerib;
» suis marcescet. **N**on omnem diui-

tem dicit. s; eum qui cōfidit in in-
certo diuitiarū. **Q**ui enim s̄i hu-
mili diuitē ecōtrario opposuit.
ostendit se de illo diuite loqui q̄
humilis n̄ est. **H**am et abraham
cū ess; diues in mundo. pauperem
tam post mortē suo suscepit in si-
nu. diuitē reliq̄t in penis. **S**; diui-
tem ideo non reliquit q̄a diues erat.
qd̄ et ipse fuerat. s; q̄a misericors
et humilis qd̄ ipse fuat. esse desper-
erat. et econtra non ideo lazarus
quia paup̄ erat recepit. quod ipse
n̄ fuerat. s; quia humilis y innocēs
qd̄ ipse fuerat. ēē curabat. **T**alis ḡ
diues hoc est superbus et impius
terrena gaudia celestib; anteponēs.
in itinerib; suis marcescet. hoc est
in actib; suis p̄bit iniquis. q̄a iter
dñi rectū ingredi neglerit. **S**; cum
ille ut fenum ante ardorem solis
decidit. iustus econtr̄ ut arbor fruc-
tiferā y eiusdē solis ardorem. id est
seueritatē iudicis integer suffert.
et insup bonorū opum fructus pro
quib; in p̄petuū remunerēt̄ affert.
Vn̄ recte subiungit. **B**eatus uir
» qui suffert temptationē. qm̄ cum
» p̄batus fuit accipiet coronā uite.
» quā rep̄misit d̄s diligentibus se.
Huic simile ē illud in apokalipsi.
esto fidelis usq; ad mortē. y dabo t̄

coronā uite qm̄ repm̄isit inquit
 d̄s diligentib; se: apte amonens
 q̄a tanto ampli gaudē intemp-
 tationib; oportet. q̄nto cerci cla-
 ret d̄m̄ his quos diligit maius
 sepe temptōnum pond' imponit.
 ut scilicet p̄ temptōnū exercitiū
 pbent infide p̄fecti: cum autē p̄ba-
 ti s̄t ueraciter fideles. hoc ē p̄fecti
 & integri ī nullo deficientes. iu-
 re accipiant p̄missam uite et̄ne
 coronā. **N**emo dicat cū temptat:
 qm̄ a d̄o temptat. **A**ctenus de
 temptōnib; quas p̄mittente d̄no
 extius p̄bandi gr̄a p̄p̄tīm̄ dispu-
 taut. nē incipit agere de illis
 quas intius instigante diabolo ut
 etiam nat̄e nr̄e fragilitate sua
 dente tolāmus. **V**bi p̄mo illorum
 destruit errōe. qui sicut bonas
 cogitationes a d̄o nobis constat
 insp̄uari. ita etiā malas ipso in-
 stigante putant nr̄a inmente
 genari. **N**emo ḡ cum temptat
 dicat qm̄ a d̄o temptat. illa ui-
 delicet temptōne qm̄ diues inci-
 dens inuitiū; suis marcescet. id
 est nemo cū rapinā. furtū. falsū
 testimoniū. homicidiū. stuprum.
 ut cet̄a huiusmodi omiserit. dicat
 qm̄ deo cogente necesse habuit hec
 patiāre: ideoq; nullatenus hoz

effectum declinare potuit. **D**s
 enim intemptator maloz est. sub-
 audit̄ temptam̄toz. **I**pse enim
 neminē temptat. ea uidelicet tēp-
 tatione que decipit miserof ut
 peccent. **D**uplex ē enim genus
 temptatiōis. unum qd̄ decipit.
 aliud qd̄ p̄bat. **S**cđm̄ hoc qd̄ deci-
 pit d̄s neminē temptat: scđm̄
 illud qd̄ p̄bat d̄s temptauit abra-
 ham. **D**e qua & p̄p̄ha postulat.
Pba me d̄ne et tempta me. **V**n̄q̄sq;
 ū temptat̄ a cōcupiscentia sua
 abstractus & illect̄. et cet̄a. **A**bsrac-
 tus a recto itine: & illectus ī ma-
 lum. **D**e hoc uersu iheronimus
 cōtra iouinianū. sicut in bonis
 inqt̄ opib; p̄fectior ē deus. n̄ enī
 uolentis neq; currentis. s; d̄i mi-
 serentis & adiuuantis ē ut p̄ue-
 nire ualeam̄ ad calcem: sic in
 malis atq; pecc̄is semina nr̄a s̄t
 incentiua p̄fectio diaboli. **C**ū
 uidit nos sup̄ fundam̄tū xp̄i
 edificasse fenū. ligna. stipulam.
 supponit incendū. **E**dificemus
 aurū. argentū. lapides p̄ciosos.
 temptare n̄ audebit: qm̄quā
 & in hoc n̄ sit certa & secura pos-
 sessio. **S**edet quasi leo in insidijs
 innoculis: ut interficiat innocētē.
Et uasa figuli p̄bat fornax: ho-

mines aut iustos tempto tribula-
tionis. **D**ehinc concupiscentia
cū concepit parit peccm̄. peccm̄
uero cū consummatū fuit gene-
rat mortē. **T**rib; modis temp-
tatio agit. suggestione. delecta-
tione. consensu. Suggestione hostis.
delectatione aut uel etiā consen-
su nr̄e fragilitatis. Qd si hoste
suggerente delectari aut consen-
sire peccato nolim⁹. tempto ipsa
nobis aduictoriam puenit. qua
coronā uite meamur percipere.
Si uero ad hostis suggestionē pau-
latim a recta uirtute abstia-
hi. & in uicio incipimus illic.
delectando qdem offendimus.
s; necdū lapsum mortis incurri-
mus. At si delectationē conceptā
in corde facinoris. etiam partus
prauē sequit⁹ actionis. nobis iā
morte reus uictor hostis abscedit.
Qd ut astruamus exemplis. temp-
tat⁹ ē ioseph uerbis dne. sed quia
concupiscentiā libidinis n̄ habuit.
suggestione tantum. n̄ etiam de-
lectatione in consensu temptari po-
tuit. idō uictor euasit. **T**emp-
tatus ē dauid uisu uxoris alie-
ne. & quia necdū carnis appeti-
tum uicerat. a concupiscentia sua
abstractus & illect⁹ est. atq; ubi cō-

ceptum scelus p̄fecit. reatū mor-
tis etiam p̄pō ore iudicatus inci-
dit. quā tamen penitendo euasit.
Temptatus ē iudas p̄ filargiriam.
& quia erat auarus. ab ipsa sua
concupiscentia abstractus & il-
lectus ad uitium consensu de-
cidit. **T**emptatus est iob multipli-
citer. s; quia possessiones nec sa-
lutem corporis diuino amori p̄-
posuerat. temptari qdem sug-
gestionē hostili potuit. s; consen-
sire uel saltem delectari peccato
nullaten⁹ ualebat. Qd ergo dicit
quia peccm̄ cum consummatū fue-
rit generat mortem. respicit econ-
trario ad hoc qd supra dictū est.
de eo qui suffert temptōnem.
qm̄ cum p̄batus fuit accipiet co-
ronam uite. Sic enim ille q̄ temp-
tatus fuit preuia uite. ita ni-
mirū qui concupiscentiis suis tep-
tatione superatur. merito ruīnam
incurrit. **N**olite itaq; errare
fr̄s mei dilectissimi. uidelicet es-
timando qd nutrimenta uicioꝝ
a deo sumant originē. quāuis
sciamus n̄ nullos exigentib; me-
ritis p̄cedentium c̄minū. in alia
rursus scelera iusto districti ju-
dicis corruisse p̄missi. **V**nde est
illd̄ apli. Et sicut n̄ p̄bauerunt

din habere in noticia: tradidit
 eos in reprobum sensum: ut faciant
 que non conueniunt: repletos om-
 ni iniquitate. **O**mnne datum
 optimū. & omne donum perfectū
 desursum ē: descendens a patre
 luminū. **P**ostquā docuit uicia
 quib; temptam non a deo nobis
 s; a nob ipsis inesse: ostendit ecōt
 quia quicquid boni agimus. hoc deo
 donante percipimus. **V**nde & eum
 patrem dicit luminū: quā nouit
 auctore spūalium carissimum.
Cui resonat illud ap̄li pauli. Quid
 enim habes quod non accepisti. **A**pud
 quē non ē transmutatio: nec ui-
 cissitudinis obumbratio. **Q**uia
 in diuina natura mutabilitas non est.
 neq; lumen eius sic lumen huius
 mundi aliqua uicissitudinis um-
 bra intercidit: liquet utiq;
 quia sola nobis dona lucis. & non
 etiam tenebras mittit errorum.
Voluntarie enim genuit nos uer-
 bo ueritatis. **E**t dñs in euangl̄io.
 Non uos me elegistis: sed ego elegi
 uos. **E**t in osce p̄pha. Diligam eos
 spontaneē. **Q**uod ḡ dixerat. omne
 datum optimū & omne donū per-
 factum a dō descendē: sequen-
 ter astruit addendo. quod non nisi
 misericordie sue beneficio uolunta-

tis pacem regenerationis de filiis
 tenebrarū nos in filios lucis trans-
 mutauit. **V**t simus initium
 aliqd creature eius. **N**e in eo
 quod ait genuit. hoc nos fieri puta-
 remus quod ipse est: ideo p̄ncipatū
 quenda in creatura nobis hac ad
 optione processum ostendit. **H**os
 etenim uersiculos quōdam ita trans-
 tulit. **V**olens genuit nos uerbo
 ueritatis. ut simus p̄mitiē creatū-
 rum ei: id est ut ceteris quas cer-
 nimus caturis simus meliores.
Primicias namq; frugū uel ani-
 mantū dño consecrari lex p̄cipit:
 p̄mitias auri & argenti ad opus
 tabernaculi iussit offerri: id est
 optima queq; in metallis. **E**t de
 antiquo dī p̄plo: dixit p̄pha ihe-
 remias. **S**cs isrl̄ dño: primicie
 frugū eius. **S**citis mei fr̄s di-
 lectissimi. **N**otissimum inquit
 uobis ē. quia a uobis ipsis habu-
 istis ad uicia labi: a dño autē uos
 illustrari. non uia p̄uisione. sed
 supna grā uos p̄ueniente cōtin-
 git. **S**it autē omnis homo ue-
 lox ad audiendū. tardus autē
 ad loquendū: & tardus ad iram.
Hinc auditorē moralib; instru-
 it p̄ceptis. **E**t recte p̄mo ammo-
 nec aurē quemq; citā accommoda-

re docenti sero aut os ad docen-
dum apire: quia stultū est quelibet
que ipse n̄ didicerat. alius uelle
p̄dicare. **Q**ui ḡ sapiam diligit. p̄-
mo ut sup̄ admonuit hanc a deo
postulet. de hinc magistrū uita-
tis humilis auditor inq̄rat. & iter
agendū suam cautissime linguā
n̄ solum ab otiosis sermonib; coher-
ceat. uerū & ab ipsa quā nup̄ didi-
cit uitate predicanda contineat.
Hinc salomon de distantia tempoz
scribens ait. Temp̄ tacendi. & tēp̄
loquendi. Hinc pythagorici natalis
scientie magistro p̄dicti. audito-
res suos p̄ quinquennū uibent
silere. & sic demū predicare p̄-
mittunt. Nam & tutū est ut ue-
ritas audiat̄ quam p̄dicet̄. qm̄
cum auditur humilitas custodit̄.
cū autem p̄dicatur. uix n̄ surri-
pit cuius hominū quantulacū-
q; iactantia. **H**inc iheremias bene
instituti adolescentis uitā descri-
bens. modestiā tacitūnitatis inter
p̄ma uirtutū studia computat.
Bonū est uiro inq̄t cum portauit
iugū ab adolescentia sua: sedebit
solitarius & tacebit. **E**t tardū
inquit ad uiam: q̄a maturitas sa-
pientie n̄ nisi t̄nquilla mente
p̄cipitur. **S**eptimū ē enim: q̄a ya

uifini stulti requiescit. **N**ō autē
ita uelocitatē uē uetat. ut huius
tarditatem app̄bet. s; hoc potius
admonet. ut & horā p̄turbatiōis
ac licitū ne nobis ita subripiat
caueamus. aut si forte subripuit
intra oris septa eius cohibeamus
impetū. & exacta hora discernimus
libius eam ad integrū a n̄ro corde
p̄ tempus expurge. mus. **V**el certe
tardos ad uiam nos eē p̄cipit.
ut n̄ quaslibet ob causas serenita-
tem n̄ri uultus in austeritate uer-
tamus. s; certa existente ratione.
uerbi gr̄a. si aliter corrigi p̄rimos
maxime q̄ nobis om̄nib; s̄ nō pos-
se cernamus. seuitatem erga eos
uerbum etiā iudicij distinctione
exhibeamus. manente tamen
q̄ntum nat̄a humana patitur.
statu mentis in̄ se sereno.
Credo samuel. sineel. helyas & pe-
trus tardi fuerūt ad uiam: et tam̄
peccantes uel gladio uel uerbo p̄-
emerunt. **S**; & moyses cū esset uir
mitissimū exiuit a pharaone quē
incorrigibile uidit iratus nimis.
cōminatus ē ei penam qm̄ & ope
p̄petrauit. **I**ta enim uirij iustici-
am dei n̄ opatur. **F**acilis ē sensus.
quia q̄ iracundie uicio se incautū
subjugat. & si hominib; iustus

apparet in diuino examine n̄du
 p̄fecte iustus ē. Verū altius po-
 test intelligi q̄a d̄no dictum est.
 tu autē d̄ne iūctum cū t̄quilli-
 tate iudicaf. Qualiscūq; uider ho-
 mo amissa m̄tis t̄quillitate
 delinquentē iudicat. etiā si
 iuste iudicat. iusticiā tamen diu-
 ni examinis inq̄m p̄turbatio cade
 nescit. imitari n̄ potest. **P**ropter
 q̄d abicientes omnē immundiciā
 & abundantia malicie. ī mansue-
 tudine suscipite insitū uerbum.
Primo & corp̄ et mentē a uicijs iu-
 bet expurgari. ut digni existerē
 possint. qui ūbum salutis percipi-
 ant. Qui enim n̄ declinat p̄us ama-
 lo. n̄ potest facere bonū. Omnē
 quippe imundiciā. & carnis et a-
 nime nuncupat. Malicia autē.
 p̄p̄e ad interioris hominis p̄uitatē
 respicit. Suscipite inq̄e insitum
 uerbu. id est uerbu q̄d uis cordib;
 p̄dicando imponim. uos discendo
 suscipite. Vel certe ita sentiendū.
 uerbu q̄d in die redemptionis in-
 sitū ē. qm̄ uoluntarie genu-
 it nos d̄s. iam n̄e p̄fectus sus-
 cipite. etiam opib; implendo
 q̄d iā in mystio tenetis.
Quod potest saluare animas
 uas. etiam si in corpe tempta-

tionel pagamini. ul' ap̄fidis
 morte ḡsumamini. **E**stote autē
 factores uerbi & n̄ auditores tan-
 tum. & ceta. **S**ic et paulus de
 legis cultorib; n̄ auditores inq̄e
 legis iusti s̄t apud d̄m. s; factores
 legis iustificabunt. **E**t in apocalyp-
 si iohannes cū dixisset. beatus qui
 legit & qui audit uerba p̄phetie
 libri hui. p̄tinus adiunxit. et
 seruat ea que in illa s̄pta sunt.
Qui autē p̄spererit in lege p̄fecta li-
 bertatis. & p̄manserit. **L**egem
 p̄fectam libertatis. grām dicit
 eugly. Nichil enim ad p̄fectum
 adduxit lex. **E**t alibi. Non enī
 accepistis sp̄m seruitutis it̄m i
 timore. s; accepistis sp̄m adopti-
 onis filioy. **E**t it̄m. Vbi enī sp̄c
 d̄ni. ibi & libertas. **E**t ipse d̄ns.
Si uos inquit filius libauerit.
 uere liberi eritis. **N**on auditor
 obliuios factus s; factor opis. h̄c
 beatus in facto suo erit. **N**on au-
 ditu uerbi sup̄uacuo. s; opis exe-
 cutione beatitudo p̄paratur. sic
 & loquens d̄ns ad discipulos. si hec
 scitis inquit. beati eritis si feceris
 ea. **S**i quis autē putat se reli-
 giosum ēē non refrēnans linguā
 suā s; seducens cor suū. hui uā-
 na est religio. **N**on uerat sup̄

uerbum dñi non solum audire
s; & facere. nunc addit qđ .i. si
mandata dñi que didicit quis
exercere uidet. si ñ etiam lingua
a detractionib; mendacijs. blas
phemijs. stultiloquijs. ab ipso &
multiloqo. cetisq; quib; peccare
solet refrenauit. frustra se de o
perũ iusticia iactet. sicut paulus
gentilis poetę sententiã opbans
ait. Corumpunt mores bonos col
loquia mala. **R**eligio munda
& immaclata apud dñm & patrẽ
hec est. **P**ulchre addidit apud
dñm & patrẽ: quia sc̃ qui homini
bus religiosi uident. cum a deo
habeantur pphani. **Vñ** salomon
ait. Est uia que uidet homini
iusta: nouissima autẽ eius dedu
cunt ad mortẽ. **V**isitare pupillos
& uiduas in tribulatione eor; et
immaclatum se custodire ab hoc
seco. **Q**uia dixit factorem op̃is
beatũ in facto suo futurũ: nunc
que facta dño maxime placeant
dicit. misericordia scilicet & innocen
tia. Namq; in eo qđ pupillos &
uiduas in tribulatione eor; visita
re iussit: cuncta que erga pro
ximũ misericorditer agere de
beam; insinuat. **Q**uod quantũ ua
leat. ipso iudicij tempore pande

2
tur: ubi dicitur e uidet. **Q**uam
diu fecistis uni de his fratib; meis
minimus: in fecistis. **P**orro in eo
qđ immaclatos nos ab hoc seculo
custodire pcepit: uniuersa in quib;
nos ipsos castos seruare debet
ostendit: in quib; sc̃ & ea que
supra obseruare monuit. ut tar
di ad loquendũ. tardi sim; ad uã.
Frateres mei nolite in personarũ ac
ceptione habere fidem dñi nr̃i ihu
xpi glorie. **O**stendit quia hi
quib; scribebat. fide qđdem eugli
ca imbuti. s; op̃ibus erant uacui.
Et quia mandata dñi in elemosi
nis paupum docuit implenda:
uidit illos econtrã qđ paupibus
erat pp̃t eterna p̃mia faciendũ.
diuitib; potius pp̃t terrena com
moda fecisse: ideoq; pp̃t erant
digni redarguit. **E**t congrue in
hui; exordio sententię dñm nr̃m
ihm. xpm glorie cognominat:
ut meminerim; quia ei est po
tius iussis obediendũ. qui cũ sit
splendor glie. sempiterna glã remu
nerat qđquid peius amore
paupi datur: quam que li
bet hominũ dignitã hono
randa. **D**e quib; gene
dictũ est quia omnis
fenu; & omnis glã eius ta q.

flos femi. & cetera. **E**t enim si in
trouerit in gumentum urini uir
aureum anulum habens in ueste
candida: intierit autem pauper in sor
dido habitu. & intendatis in eum
qui inductus est ueste preclara. & di
xeritis. tu sede hic. pauper autem di
catis tu sta illic. aut sede sub sca
bello pedum meorum. **I**n huius ex
positione sententiae: beati augus
tini dictis utamur. Si hanc inquit
distantiam sedendi & standi ad ho
nores ecclesiasticos referamus: non est
putandum leue esse peccatum in personarum
acceptatione habere fidem domini nostri
iesu christi glorie. Quis enim ferat
eligi diuites ad sedem honoris ecclesie:
contempto paupere instructiore atque
sciore? Si autem de cotidianis con
fessionibus loquitur. quis non hic peccat.
si tamen peccat: nisi cum apud semet
ipsum intus ita iudicat. ut ei tan
to melior quanto dicioior illo uideatur.
Hoc enim uidetur significasse sub
dendo. **N**onne iudicatis apud
uosmet ipsos: & facti estis iudices
cogitationum iniquarum? Sed in
uidete fratres mei dilectissimi: dili
gentius inquit animaduertere: quia
non qui ditiores ad seculo. hi in diuino
examine se meliores. **N**onne
deus elegit pauperes in hoc mundo.

6.
diuites infideles: & heredes regni
quod promissit diligentibus se. **P**au
peres uocat humiles: & qui per con
temptum rerum uisibilibus. fide au
tem inuisibilium diuitiarum hinc
mundo despicabiles apparent.
Tales namque elegit dominus in iherosolymis
dicendo. Nolite tunc pusillus
grex: quia complacuit patri uobis
dare uobis regnum. **T**ales elegit
cum parentes sibi pauperes quorum
officio in mundum ueniens nutret
creauit: sed hos tamen futuri regni
expectatione preclaros reddidit ac
nobiles. **Q**uos autem in hoc orationis
pauperem propter illud scilicet quod die
tum est pauperi tu sta illic: cum ha
benti anulum aureum dictum est.
tu sede hic bene. **N**onne diuites
per potentiam opprimunt uos. & ipsi
trahunt uos ad iudicia? **N**onne
ipsi blasphemant bonum nomen
quod inuocatum est super uos? **H**ic
apertius ostendit qui sunt diuites
de quorum humiliatione & perditione
super disputauit: illi nimirum qui
diuitias suas christo preponunt.
per seque a fide eius alieni. in super
& eos qui credunt per potentiam
opprimunt. trahentes ad iudicia
potentiorum: ac blasphemantes uerbum
christi. quod est super omne nomen. **Q**uod

aploꝝ temporibꝫ plures & gentili
um et maxime iudeoꝝ p̄ores fe
cisse & in actibꝫ eoꝝ dem aploꝝ et
in eplis apli pauli satis patenter
ostendit. **S**i tam̄ legem p̄ficiat̄
regalem sc̄dm̄ sc̄pturas. diliges
proximū tuum sic te ip̄m̄. benefa
ctus. **S**i aut̄ p̄sonas accipitis. pec
catum opamini. redarguti a le
ge q̄si transgressores. **V**ide quē
admodū transgressores appellat.
qui dicunt paupi sta illic. & di
uiti sede hic. **V**nde ne putares
& contemptibile eē peccatum in hac
una re legem t̄nsgrēdi. secut̄ ad
iunxit. **Q**uicumqꝫ aut̄ totam
legē seruauit. offendit iuno.
factus ē omnium reus. **Q**ui enim
dixit n̄ me habis. dixit & non
occides. **Q**d̄ si non me habis. occi
das autē. factus es t̄nsgressor le
gis. p̄t̄ illud q̄d̄ dixerat. redar
guti a lege quasi transgressores
Que cum ita sint. h̄sequens uide
tur nisi alio m̄ ostendatur i tel
ligendū. ut qui dixerit diuiti
sede hic & paupi sta illic. huic
honore ampliore q̄m̄ illi defe
rens. & ydolatra. i blasphemus.
adulter & homicida. et neqꝫ longū
est. cuncta & memor rē. reus om
nium criminū iudicand̄ ē. **O**ffendit

quippe in uno. factus ē omnium re
us. **Q**uerendū est ḡ unde sit om
nium reus si in uno offendat. q̄
totā legem seruauit. **A**n forte q̄a
plenitudo legis caritas ē. qua d̄s
proximisqꝫ diligit. in quibꝫ p̄cep
tis tota lex pendet & p̄phete.
Merito fit omnium reus. q̄ cont̄ illā
facit in qua pendent om̄ia. **N**emo
aut̄ peccat. nisi aduersus eā faci
endo. quia n̄ adulterabis. n̄ homi
cidium facies. n̄ furaberis. n̄ concu
pisces. & si q̄d̄ est aliud mandatū.
in hoc sermone recapitulatur.
Diliges proximum tuum. tanquā
te ip̄m̄. **D**ilectio proximi. malū nō
opatur. **P**lenitudo aut̄ legis. ca
ritas ē. **R**eus itaqꝫ fit omnium. fa
ciendo cont̄ eam in qua pendent
om̄ia. **C**ur ḡ n̄ dicantur paria
peccata. **A**n forte quia magis fa
cit qui cont̄ caritatē grauiꝫ pec
cat. minꝫ qui leuius. et tam̄ etiā
si in uno offendit. reus ē omnium.
q̄a cont̄ eam facit in qua pendet
om̄ia. **S**ic loquimini & sic faci
te. sicut p̄ legem libertatis in
cipientes iudicari. **L**ex liber
tatis. lex caritatis ē. de qua dicit.
Si tam̄ legem p̄ficiatis regalem
sc̄dm̄ sc̄pturas. diliges proximum
tuum sicut te ip̄m̄. benefactus.

hoc ergo inquit loquendo. hoc
faciendo curate. ut paucos di-
ligendo. a deo diligere mereamini.
paucis misericordiam impendendo
in diuino iudicio misericordia digni
existatis. **Aliter.** Sicut lex serui-
tutis est que data est per moysen. ita
lex libertatis gratia est euangelii que
per ihesum christum facta est. apostolo teste qui
ait. Non enim accepistis spiritum ser-
uitutis iterum in timore. sed accepistis
spiritum adoptionis filiorum in quo
clamamus abba pater. **Et iterum.**
Vbi autem spiritus domini. ibi libertas.
Sic ergo loquimur inquit et sic faci-
te. sicut per legem libertatis iudicandi.
hoc est enim incipientes iudicari.
Grauius namque iudicabitur qui legem moysi quam
legem naturalem contempnit. gra-
uiusque qui agnitam euangelii gratiam.
quam qui moysaice legis edicta de-
spicit. **Omni enim cui multum da-
tum est. multum queretur ab eo. et
cui commendauerunt multum. plus
petent ab eo.** Unde et apostolus ait. Si
enim qui per angulos dictus est ser-
mo factus est firmus. et omnis pre-
uaricatio et inobedientia accipi-
et iustam mercedis retributionem.
quoniam effugiemus si tantam neglex-
erimus salutem. **Qui cum iuramentum
accepisset enarrari per dominum. ab eis**

qui audierunt in nos confirmata est.
Et iterum. Irritam quis faciens le-
gem moysi. sine ulla misera-
tione duobus. uel tribus moritur.
quanto magis putatis deteriora
mereri supplicia qui filium dei
occidit. et sanguinem testamenti
pollutum durat in quo sanctificatus
est. et spiritu sancto contumeliam fecerit.
**Uterque autem sensus ad unum finem
respicit. ut uidelicet diuine gratie
iustis operibus respondentes. simul
in uicem benigni misericordes. donan-
tes in uicem. sicut et deus in christo dona-
uit nobis.** **Iudicium enim sine
misericordia. illi qui non fecit misericordiam.**
**Sine misericordia iudicabitur ille. qui cum
facere posset misericordiam. non fecit
antequam iudicaretur.** Quod cum
de omnibus in misericordiis. recte
sentiat. constat omnimodis quia
quo maiorem quisque a deo miseri-
cordiam consecutus est. eo iniustus
indigenti paucis misericordiam ne-
gavit. eoque iusti impietatis sue
penas luet. **Unde prouide dominus am-
monens. nolite inquit iudicare
ut non iudicemini. Nolite contemp-
nare. et non contempnabimini.
Dimittite. et dimittetur uobis.
Date. et dabitur uobis.** **Iudicium ergo
sine misericordia. ei qui non fecit misericordiam.**

Super exaltat autē misericordia iudicio: quia quēadmodū dampnat in iudicio dī dolebit qui non fecit misericordiam: ita quē fecit remuneratus exultabit atq; gaudebit. **A**lter. Super exaltat misericordia iudicio: non dictum ē. uincte mīa iudiciū. Hō enim est ad uīsa iudicio s; super exaltat: quia plures p̄ misericordiam colligunt. s; q̄ misericordiam prestunt. **B**eati enim misericordes: qm̄ ipsos miserebit d̄s. **I**tem super exaltat misericordia iudicio: id est supponit mīa iudicio. In q̄ iuentū fuit op̄ mīe. & si habuit aliqd̄ forte i iudicio q̄ puniat. tanq̄ uinda mīe peccati ignis extinguit. **Q**uid p̄derit fr̄s mei si fidem iudicat se habere. opa autē n̄ habeat. & cetera. **H**inc de misericordie op̄ibus latius disputat: ut quos uehementer sententia p̄cedenti terruerat. consolet̄ cum admonet. quom̄ etiam peccata cotidiana sine qb; hic n̄ uiuit. cotidianis remedijs expientur. ne homo qui cum in uno offendit fit omnium reus. i multis offendendo q̄a in multis offendit om̄s. magnū aggerem reatus sui minutatim collectū ad t̄bunal tanti iudicis p̄uehat. & eā quam n̄ fecit misericordiam nō

inueniat: s; potius dimittendo atq; dando m̄eatur s̄ dimitti debita reddiq; p̄missa. **S**i autē frater aut soror nudus sunt. & indigeant uictu cotidiano: dicat aut aliquis de uobis illis. ite in pace calefacimini & saturamini. n̄ dederitis autē eis que necessaria sunt corpori: qd̄ p̄derit. **I**ta et fides si nō habeat opa. mortua ē in semetip̄a. **M**anifestum ē qd̄ sicut uerba pietatis nudū uel esurientē non recreant. si n̄ & cib̄ p̄beat̄ ac uestis: ita fides uerbotenus seruata n̄ saluat. **M**ortua ē enim in semetip̄a: si n̄ op̄ibus caritatis quib; reuiuiscat anime tur. **N**eq; huic sententię contriū est qd̄ d̄ns ait. **Q**ui credidit et baptizatus fuit: saluus erit. **S**ub intelligendū namq; ibi ē: quod tantūmodo uere credat qui exercet opando qd̄ credit. **E**t quia fides & caritas ab inuicē separari nequunt. paulo attestante qui ait. & fides que p̄ dilectionē opatur: apte iohannes ap̄ls talem caritatis sententiā qualē de fide iacob̄ p̄fert dicens. **Q**ui habuit substantiā mundi & uidit fratrem suū. necesse habet. & clausit uiscē sua ab eo: quom̄ caritas

di manet in eo: **T**u credis qm
 unus est ds. bene facis. et demo-
 nes credunt et contremiscunt. **N**o
 putet quia magnu aliquid facis cre-
 dendo unu esse dm. hoc enim et
 demones faciunt: nec solum dm
 patrem. s; & filiu credunt di. **V**nde
 dicit lucas. Exibant etia demonia
 de multis clamantia & dicentia.
 quia tu es filius di. **&** increpans
 n sinebat ea loqui: quia sciebant
 ipm esse xpm. **N**on solum credunt:
 uerū etiam contremiscunt. **V**nde
 ad illu legio que hominē obside-
 bat. simplici uoce pelamabat. **Q**uā
 michi & tibi ihu fili dei summi.
Ad iuro te p dm: ne me torqueas.
Qui g dm esse n credunt uel cre-
 ditum n timent: pfecto sūt demo-
 nib; deteriores. ac proteriores est
 mandī. **S**; nec dm credere & con-
 tremiscē magnū est. si n & in eum
 credat: hoc est si n eius in corde a-
 mor teneat. **A**liud ē enim credē
 illi: aliud credē illum: aliud credē
 nullū. **C**redē illi est. credē uera
 ēē que loqitur: credē illum. credē
 qd ipse sit ds: credere in illum.
 diligē illum. **C**redere uera esse
 que loqitur: multa & mali possūt.
Credē enim ēē uera et nolunt ea
 facē: quia ad opandū pigri sūt.

Credē autem ipm esse dm: hoc et
 demones potuerūt. **C**redere ū idm.
 soli nouerunt q diligunt dm: q
 n solum nomine xpiani sunt. s;
 & factis et uita: quia sine dilecti-
 one fides inanis ē. **C**ū dilectioē
 fides xpiani: sine dilectione fi-
 des demonis. **Q**ui g n uult cre-
 dere xpm: adhuc nec demones
 imitat. **I**am credit xpm: s; odit
 xpm. **H**abet ofessionem itimore
 pene: n in amore corone. **H**am
 & illi puniri timebant. **D**eniq;
 beatus petrus cū dm ofitens
 dicit. tu es xpc filius di uiui.
 eadem pene uerba que & demo-
 nes pferre uidet ex ore: s; illoz
 confessio quia cū odio plata est
 xpi. multo dampnata est: illius
 quia ex intima dilectione pces-
 sit. etna beatitudine remunerata
 est. **S**i uis autē scire o homo
 inanis. qm fides sine opib; ocio-
 sa est. abraham pater uester nō
 ne ex opib; iustificatus ē. offēns
 ysaac filium suū sup altare.
Qū paulus apłs predicans iusti-
 ficari hominē pfidem sine opib;
 n bene intellectus ē ab eis q sic
 dictum acceperunt. ut putarent
 cū semel in xpm credidissent. q
 si male oparentur. & facinorose

117.

flagitiososq; uiuent. saluos eē pos-
se p̄fidem: locus iste eplē hui' eun-
dem sensum apli pauli quomodo
sit intelligend' exponit: ideoq; a-
brahe magis exemplo utit'. uacu-
am eē fidem si n̄ bene op̄etur: qm̄
abrahe exemplo etiā paulus apls
usus ē. ut p̄baret iustificari ho-
minē sine op̄ib;. **Cum** enī bona
op̄a ḡmemorat abrahe que eius
fidem comitata sūt: satis ostendit
ap̄lin paulū non ita p̄abraha do-
cere iustificari hominē p̄fidem si-
ne op̄ib;. ut si quis credidit non
ad eum p̄tineat bene op̄ari: sed
ad hoc potius ut nemo arbitret̄
m̄tis prior' bonor' op̄um se p̄ue-
nisse ad donū iustificatiōis que
est in fide. **In** hoc se gentib' in xp̄o
credentib; iudei p̄ferre cupiebant.
quia dicebant se m̄tis bonorū
op̄um que in lege sunt p̄uenisse
ad euglicam grām: ideoq; scanda-
lizabant' multi qui erant credide-
runt. qd' in circuncisis gentibus
ap̄i grā nadebatur. **Vnde** apls
paulus dicit: posse hominē sine
op̄ib; sed p̄cedentib; iustificari
p̄fidem. **Hanc** iustificat' p̄fidē:
quom̄ potest nisi iuste op̄ari.
Cum ḡ dicat iacob; abraha pater
noster n̄ne ex op̄ib; iustificat' est

offens' filium suū ysaac sup̄ alta-
re: eleganter exemplū bonę op̄a-
tionis ab ip̄o pat̄archa monuit
eē discendū: p̄uocans uidelicet
eos qui de iudeis credidant. ut
quasi bonę soboles p̄mi & maxi-
mi parentis sui actus sequent'.
Et qm̄ eos ne intemptationib' de-
ficent. & ut fidem suā p̄op̄a pro-
barent amonebat: elegans de
pat̄archa posuit exemplū p̄qd'
eos in utraq; uirtute posset instrui-
ere. **Que** enim temptatio maior
exceptis his que ad p̄p̄riū corporis
plagas p̄tinent accedē potest:
quā si quis filium unicū dilec-
tissimū suum sener cogat' occi-
dere: **Quom̄** aut' tunicas uel
escas suas p̄ diuino amore pau-
perib; dare differret: q̄ filium
quē sener acceperat heredem ad
iussionē d̄ni statim morti dare
n̄ distulit. **Itaq;** congruit huic
beati iacobi sententię qd' paul'
ait. fide obtulit abraha ysaac
cum temptaret': et unigenitū
offerebat qui suscepit rep̄missi-
ones. ad quē dictum ē. quia in
ysaac uocabitur' t̄ semen: arbi-
trant' quia & mortuos suscitare
potens est d̄s. **Siquidē** in uno
eodemq; facto beati abrahe.

iacob opum eius magnificentiam. paulus fidei constantiam laudavit. nec tam dispari diuisamq; a iacobo protulit paulus sententiam. Sciebant namq; ambo quod abraham a fide et opib; erat perfectus. et ideo quisq; illorum illam magis in eo intuentem predicauit: quia suos auditores amplius indigere prospexit. Quia enim iacob illis scribebat quod fidem sine opib; otiosam tenebat: oportune illud protulit. in qua illa principalis fides abrahe que et prius scriptura teste laudata est. apparet quia non otiosa eius in corde torpuisset: sed ad obediendum diuinis imperijs iam prompta flagrasset. Quia uero paulus illos instituit qui sine gratia fidei de suis se extollant opib;: ostendit quia sine fide impossibile est placere deo: atque ad redanguenda corrigendamq; eorum temeritatem. collectis omnium patriarcharum exemplis. manifeste edocuit quia omnis testimonio fidei probati inuenti sunt. Vnde specialiter de abraham intulit. quia fide offerret ysaac: arbitris inquit. quia et mortuos suscitare potens est. deus. Coniunxit ergo opus fidei: quia ideo filium max offerre uoluit. quia dominus hunc in uero resuscitatu

rum credebatur. Ideo autem hunc post mortem a deo resuscitandum esse credebatur: quia uerum esse credebatur quod audierat: quia ysaac uocabitur tibi semen. Quam conjunctionem utriusque uirtutis. beatus quoque iacob sublequenter exponit dicens. **V**ides quoniam fides cooperabat opibus illius: et ex opibus fides seruata est. et suppleta est scriptura dicens: credidit abraham deo et reputatum est illi ad iusticiam. et amicus dei appellatus est. **D**e hoc testimonio paulus ad romanos firmissime disseruit: manifeste docens. quia tanta est uirtus fidei: ut statim preceptis et mystis. iustum de impio facere possit hominem. Quia enim abraham tanta et tam feruente fide credidit deo ut promptus esset animo ad agenda omnia que deus iuberet. merito fides eius a deo qui coronat. illi reputata est ad iusticiam. Et ut nos quoque fide illi qua iustificatus est seruemus. temptauit eum deus iubens offerre filium. et ex opibus fides consummata est: id est quoniam esset in corde eius perfecta. operum executione probatum est. Hoc quoque tempore si quis nuper ad fide ueniens baptismum accepit. et proponens se toto corde dei seruire

preceptis. mox de hac luce migra-
uerit. iustificatus ^{fide} utiq; sine opib;
migravit. quia tempus opandi
unde fidem pbaret ipso inquē
credidit dō disponente n̄ habu-
it. At qui preceptis fidei sacramentis
longo sup̄vivunt tempore. nec
bonis insiste curant opib; . hi i
culcandū qd beatus iacob p̄posi-
to exemplo fidei simul & operū
abrahe mox subdidit dicens .

Videtur qm̄ ex opib; iustificat homo.
& n̄ ex fide tantū. **Q**uod aut
ex opib; . significat ex opibus fidei.
quia p̄fecta opa sine fide nullus
habere potest. fidem ū sine opibus
nulla. si illis opum temp' non
assit. de qualib; dictum ē. **R**ap̄
est ne malicia mittaret intelec-
tum illius. aut fictio deciperet
animā illius. **S**imiliter aut̄ et
raab metrix n̄ne ex opib; iustifi-
cata ē. suscipiens nuntios & alia
uia eiciens. **N**e se causarentur
opa tanti pat̄s abrahe imitari
nō ualere. p̄sertim cū nullus eorū
modo cogit deo filios offerre pe-
rimendos. s; hoc potius ipse per-
septuras d̄s fieri phibeat. addit
& mulieris exemplū. mulieris
c̄minose. mulieris alienigene.
que tam̄ p̄ opa misericordie. p̄ officium

hospitalitatis etiā cum p̄clo sue
uite d̄i famulis exhibitum. iusti-
ficari a peccatis m̄uit. isrlitici
p̄pli cuius ascribi. regalis eorū p̄sa-
pie catalogo annuari. ipsius
d̄ni & saluatoris nr̄i generationib;
que a pat̄archarū fonte descende-
rant inseri. ab excidio pat̄e pere-
untis cui p̄fidiam deseruit erui.

His ḡ criminose & alienigene mu-
lieris exemplis. suadet auditores
suos patrie p̄euntis int̄itum ca-
uere. & a cui' scelib; credendo
recesserant. ab hac etiā fructuo-
sis opib; se meminisse secerne.
quatin' scōy ōtib; copulari. & ad
redemptoris sui merēat p̄tinere
osoreū. **E**t illos ḡ hortat suscipe
nuntios ihu. hoc est p̄dicatores
uerbi eugly gratanter audire.
& cū hos a contubulib; suis repul-
sos. ut certe ad mortē questos eē
cognouint. ut sepe factum
actus eorū edocent. ab eis ipi econ-
tra accepto osilio salutis sue. ad
d̄m ihm eos in pace remittat.

Quod honorabile quondā uniuise
plebi iudeorū. & n̄ magis hono-
randū omni ecclē xp̄i p̄reuela-
tionē reliquiarū beati p̄thom̄ri
stephani effectū. beati pauli
ap̄li magist̄rū gamahiele i ihe-

rosolumis fecisse p̄fatus act̄ ap̄loꝝ
 liber insinuat. q̄ndo disponēte
 senatu iudeoꝝ ap̄los interficere.
 ipse sapientiore consilio eoz moli-
 mina euacuauit. creptosq; de in-
 fidys eoz ap̄los. ad euēgizandum
 ihm remisit i columes. **N**olite
 plures magistri fieri fr̄s mei. sci-
 entes qd̄ maior iudiciū sumitis.
Multū fuisse credentib; studiꝝ tē-
 pore ap̄loꝝ ut uerbū latinū p̄pa-
 garent act̄ eoz edocent. ita ut
 apollo uir in sc̄pturis doctissim⁹.
 sciens tantū baptisma ioh̄is. fidu-
 cialiter xp̄m p̄dicaret. Qui tamē
 q̄ sapiens erat. max ut doctor
 affuit. facillime qd̄ min⁹ habuāt
 adimpleuit. atq; ad p̄dicandi of-
 ficiū iam p̄fectus rediit. Aliꝝ ma-
 iore iēptia descendentes de iudea
 i antiochiā docebant credentes
 ergentib; quia nisi ēcumcidēt
 scdm̄ legem moysi. salui ēē non
 possent. nec paruū castis p̄dicato-
 rib; questionis laborē ḡtulūnt.
Hos ḡ & huiusmodi doctores beat⁹ ia-
 cobus ab officio uerbi remouet.
 ne impediuntū his q̄ uice illud
 implere potant fierent. **S**ciētes
 inq̄t. quia maior iudiciū sumitis
Sic is q̄ bene ministrat. gradu
 s̄ bonū acquirit. ita qui officū

docendi sibi i doctus usurpare tēp-
 tauit. q̄a xp̄m annuntiat non
 sincere. maior iudiciū dampnōni
 mētur. qm̄ si solus in suo sc̄le
 p̄iret. **I**n multis enī offendim⁹
 om̄s. **N**on dixit offenditis cū
 illos argūet q̄s & scientia et opa-
 tione min⁹ p̄fectos uidebat. ta-
 lesq; a cathedra magistrū deponēt.
 timent ne uel errorem p̄dicando
 paruulos ledēt. atq; ab auditu
 doctoꝝ p̄ocupando eoz aures a-
 uercent. ut certe ea que recte p̄-
 dicarent. n̄ recte actionis sorde-
 fedarent. ac p̄ hoc uitā euēgice
 p̄fectionis sinistra opinioē fusca-
 rent. s; offendim⁹ inq̄t. **C**ū sum-
 mus loq̄retur ap̄ls xp̄i. & p̄mi-
 sit i mutis. subiunxit om̄es.
 ut tanto caut⁹ se imp̄fecti
 quicq; in agendo ut loquen-
 do circūspiciēt. q̄nto c̄tissime
 cognoscēt q̄a nec p̄fecti q̄dem
 boni. & qui sp̄s sc̄i duce gr̄a in-
 cedūt. hui⁹ uite uia absq; offen-
 sione peccati alicui t̄nsire ulla-
 ten⁹ possent. iuxta qd̄ alibi sc̄p-
 tum ē. celi n̄ s̄ mundi i ḡspec-
 tu ei. & sic salomon ait. q̄a n̄
 ē homo iust⁹ in t̄ra q̄ faciat bo-
 na & n̄ peccet. **S**i quis i uer-
 bo n̄ offendit. hic p̄fect⁹ ē inq̄t.

Quom̄ dicit̄ p̄fectum eē uirum q̄ i
uero n̄ offendit: cum p̄mittet̄ q̄a
i multis offendim̄ om̄s: An q̄a &
i multis offendē possunt electi: et
tam̄ p̄seuerare p̄fecti: Immo ita
i intelligendū est. Namq; diuisa offen
sionū est species. Aliter electi. alit̄
offendit̄ rep̄bi: salomone teste qui
ait. Septies cadit & resurgit: im
py aut̄ corruent̄ i malum. Et si
enim iust̄ p̄ fragilitatē carnis. ut
ignorantiā forte offendit. iustus
tam̄ esse n̄ desinit. q̄a ut cotidia
na ē huiusmodi & i euitabilis offen
sio. ita ē cotidianā orationū ac
bonoz opum medela. que offendē
tem iustū ne inītam p̄ruat. et
nuptialē caritatis ac fidei uestem
puluē uicioz sordid et ocl̄ erigit.
Si quis q̄ i uerbo nō offend. hic
p̄fectus ē uir. illo uide. licet
uero cuī offensionē humana nō
potest uitare fragilitas. ut ē uerbu
doli. det̄ctionis. maledictionis. sup
bie. iactantie. excusationis. inpec
catis. emulatiois. dissensionis. hesis.
mendacij. p̄iury. s; & ociose necū
etiā sup̄flue locutionis in his q̄
necessaria uident̄. in q̄ nimirū
uero q̄squis se sine offensione
custodit. hic p̄fectus ē uir. Qui
enī custodit os suū & linguā suā:

custodit ab angustis animā suā.
Potest etiā freno circūducē totum
corp̄. **P**endet hic uersus a superiore.
Si quis inquit n̄ offendit i uerbo hic
p̄fectus ē uir: & hic potest etiā
freno circūducē totum corp̄. Qd̄
ē ap̄t̄us dicē. Si quis lapsū lingue
qui penē i euitabilis ē cauet. inco
suetudine fixa. eidem cōtinentie
etiā cetera corporis m̄bra que faci
lius castigari possunt ne a recto
itinē diuertant discit obseruare.
Si aut̄ inequoz ora frena mittim̄
ad osentiendū nobis. & om̄e corp̄
illoz cōmferim̄. subaudis q̄nto
amplī magis decet ut nobis ip̄sis
frenū i ora mittam̄ ad cōsentie
dum. q̄d̄ dicit̄ n̄r̄o. quatin̄ p̄ lingue
custodiā. opum q̄q; rectitudinē
obtinē queam̄. Qd̄ si sic quidā
codices habent legim̄. sicut aut̄
inequoz ora frena mittim̄. nichil
questionis erit. q̄a iungit̄ ad hoc
qd̄ insequentib; dicit̄. Ita &
lingua modicū q̄dem m̄brum ē
& cetera. **E**cce & naues cū magne
sint & auentis ualidis inuent̄.
cōmferunt̄ a modico gubnaclo
ubi impetus dirigentis uolūt.
Nauis magne i mari mentes sunt
hominū in hac uita siue bonoz
siue maloz. **V**enti ualidi a quib;

minant. ipsi appetitus s^t mentiu.
quib; naturaliter cogunt aliqd agere.
p^r qd ut ad bonum ut ad malu per
ueniant fine. Gubernaculu quo
huiusmodi naues circumferunt ubi
impet^r dirigentis uolunt. ipa cordi
est intentio: qua electi transgressis hui^{us}
seli fluctib; felicem parte celestis
portu attingunt. Repbi aut^{em} q^{uasi}
scilla & caribdi necati fluctuosus
utte hui^{us} errorib; q^{uasi} deserere nes
ciebant intuent. **Q**u^{ia} exabudan
tia cordis os loquitur: recte subiun
git. **I**ta & lingua modicu q^{uod}dem
mebrum est: s^{ed} magna exaltat.
Magna utiq; p^{ri}ma exaltat. si eam
impet^r animi bene dirigentis gu
bernat. iuxta illud salomonis.
q^{uod} intelligent gubernacula possi
debit. **S**in aut^{em} male: mala econ
trario s^{unt} suisq; magnie p^{er}ditionis
exaltat. **V**n^{de} & salomon: mors i
quit & uita i manib; lingue. **H**i
tam g^o exaltat si bene docet eccle
siam: morte^m econ^{tra} si prauet. **A**git
namq; aduersus eos qui & uita et
scientia destituti doce^{re} p^{re}sumebat.
id^o q; magis ex^{tra}lam led^{er}ebant.
Qu^{od} si sic in quibusdam codicib; inue
nit^{ur} legat^{ur}. & magna exultat: illa
nimiru hic exultatio intelligi
debet: de qua i sequentib; cu^m p^{ro}plu

ra lingue uicia enumerasset adu^{er}s^{us}
te. **N**e aut^{em} exultatis insup^{er}bijs
uris. **O**mnis exultatio talis mala
est: aqua & mater beati samuelis
nos pia exhortatione opesert di
cens. **N**olite multiplicare loqui
sublimia: glantes. **M**agna aut^{em}
exultat lingua: que cetoz sensus
& uerba despiciens. singulariter
se e^{ss}e sapientem iactat. & facunda.
Ecce quant^{us} ignis. q^{uoniam} magna silua
succendit. **Q**uant^{us} dicit: q^{uoniam} modic^{us}.
Veniq; & codices q^{uod}dam sic habent.
Ecce modicu ignis. **S**ic enim a
modica scintilla ignis excresecens.
magna sepe silua incendit. ita in
otinentia lingue suis uirtu^{bus} leui
tatis: magna bonoz opum mate
riem. multos uite sp^{irit}ualis fructus
ubi attaminant p^{er}dit: s^{ed} & innuma
pleruq; optima que uidebant. locu
tionis folia g^{er}sumit. **E**t lingua
ignis est: uniu^{er}sitas iniquitatis. **I**gnis
est lingua: q^{uod} uirtutu^{um} silua ma
le loquendo deuorat. **V**n^{de} uir sa
piens de insipiente: & ap^{er}to in
quit oris illi. inflamatio est. **C**ui
uidelicet igni p^{er}ditionis. congruus
est ignis ille salutaris q^{uod} ligna. fe
num. stipula uicioz g^{er}sumens
secta cordis illustrat: q^{uod} sci i fla
mant^{ur} doctores. ut & ipi ardeas

amando: & quasi linguis ignitis
accendant alios pdicando. De q̄b;
bene sc̄ptum ē: quia apparuerunt
illis dispartite lingue tanqm̄ ignis.
seditq; sup̄ singulos eorū: & reple-
ti s̄t om̄s sp̄u sc̄o. Recte autē de
lingua indisciplinata dicit̄. quod
ip̄a sit uniuersitas iniquitatis: quia
cuncta fere facinora aut gc̄nant̄.
ut laccina. stupra: aut patrant̄.
ut piuria. falsa testimonia: aut
defendunt̄. ut cū quilibet ip̄ur̄
excusando sc̄lus qd̄ admisit. et
simulat ostendendo bonū quod
n̄ fecit. **L**ingua ḡstituit̄ in mēb̄
nr̄is que maculat totū corpus &
īflamat rotā natiuitatis nr̄e:
īflamatq; a gehenna. **A** gehenna
dicit̄ a diabolo & anglis eius:
p̄t̄ quos gehenna facta est. Qui
ubiq; ut in aere uolitent. ut in
ris. ac sub tr̄is uagent̄. siue deti-
neant̄. suarū semp̄ secū ferunt
tormenta flammaz: instar febrici-
tantis. q̄ & si in lectis eburneis
siue in locis ponat̄ apricis: feruo-
rem tam̄ ut frigus in siti s̄ lan-
guoris euitare n̄ potest. Sic ḡ
demonel & si in templis ^{colunt̄} autatis.
ut si p̄ aera discurrant. igne sc̄p̄
ardent̄ gehennali: & ex ipsa sua
pena ḡmoniti. deceptis q̄q; ho-

minib; fom̄itē uicioz unde & ipsi
peant̄ iuidendo suggerit̄. Cui cont̄
sc̄a dei ciuitas noua ierlm̄ de celo
a dō descendē dicitur: q̄a nimirum
q̄cqd̄ celeste in tr̄is agim̄. hoc p̄fec-
to ut agem̄ celesti munie accepti-
mus. **R**otam autē dicit natiuitatis
nr̄e. incessabile uite temporalis
p̄cursum: q̄ a die natiuitatis nr̄e
usq; ad mortem uelut semp̄ curren-
te rota curruli incessanter agim̄.
Vnde bene salomon cū dicit̄. me-
mento creatoris tui in dieb; iuen-
tutis tue anteqm̄ ueniat tempus
afflictionis. paulopost addidit. et
ḡfringat̄ rota sup̄ cisternā. & re-
uertatur puluis in tram suā unde
erat. **I**nflamat̄ ḡ lingua rotā na-
tiuitatis nr̄e: cum statū omnē nr̄e
ḡuersationis praua loquendo con-
taminat. **I**tem rotā natiuitatis
nr̄e dicit̄: quia in toto p̄m̄e p̄uarica-
tionis ab inctua stabilitate p̄iecti.
huc atq; illuc m̄te uaga raptam̄:
& incertis p̄cuncta discursib; ubi
piculū. ubi salus sit ignoramus.
Inflamam̄ autem hac rota nr̄e na-
tiuitatis igne lingue maculantis:
cū uicium natiue p̄turbationis
ineptis etiam ac noxijs sermonib;
accumulat̄. **O**mnēs enim nate
bestiarū ac uolucrū & serpentū

etiam cetorum domantur. & domite fit
 anata humana. **L**egimus in
 primo in manuslimam serpentium aspidem
 in egypto domitam a patre familias.
 & cotidie de cauerna sua egressam.
 amentia eius annoniam percipere solitam.
Legimus item scribente marcellino
 comite mansuefactam tygridem ab
 india anastasio principi missam. Vult
 & intelligi quia lingua prauorum
 bestiarum ferocitate. uolubilitate
 uel exaltatione. serpentibus uirulen-
 tia precellat. Sunt enim bestiales que ex
 acuerunt ut gladium linguas suas.
 sunt uolaciles. qui posuerunt in celum
 os suum & quorum os locutum est uani-
 tatem. fit serpentini de quibus dictum
 est. uenenum aspidum sub labiis eorum.
Lingua autem nullus hominum
 domare potest. **P**uobus modis hec
 sententia potest recte intelligi. quia
 nullus doctorum bonorum potest domare
 linguam eorum qui se ipsos a stulta uer-
 bositate cohibere negligunt. & nullus
 loquentium est. qui non aliquando de-
 linguat in lingua sua. **D**emque de
 uero profecto in articulo maxime tem-
 perationis instituto ueraciter dictum
 est. in omnibus his non peccauit iob la-
 biis suis. & tamen ipse se postmodum
 auditus dei sermonibus de ineptia
 stulte locutionis reprehendit dicens

Unum locutus sum quod uenan-
 tum dixissem. & alterum
 quibus uictoria non addam. **I**n-
 quietum malum. plena ue-
 neno mortifero. **I**nquietum
 addit ob hoc quod dixerat eam
 domari non posse. cum bestie do-
 mentur & uolucres. **P**lena uero
 dicit ueneno mortifero. ut expo-
 nat. cur indomabilem
 dicet eam. cum & serpentes
 ostent posse domari. **D**e cuius atro-
 citate ueneni. plura subsequenter
 annectit. **E**t ex ipso ore procedit
 benedictio & maledictio. **N**on oportet
 frater meus hec ita fieri. **N**unquam
 fons de eodem foramine emanat
 dulcem & amarum aquam. **S**icut
 dulcis et amara aqua non possunt si-
 mul una de uena fontis ebullire.
 sed et si miscantur in uase. dulcis quidem
 amarescit ab amara. amara autem
 ex admixtione dulcis in dulcedinem
 nescit mutari. ita benedictio et
 maledictio in uno ore nullatenus
 possunt gignere. **S**ed quicumque sic
 dominum benedicere orando uel uerbum eius
 predicando consuevit. ut etiam male-
 dicere homines non omiserit. constat
 quia dulcedinem benedictionis eius ama-
 ritudinem maledictionis consumit.
Modicum enim fermentum totam mas-

sam cor
pulchra

rumpit: & nō est
laudatio more

peccatoris. **D**eniq; si facias
fistula bino ore unde aqua
intret. simplici unde exeat.
& in hoc amarā aquam. in il-
lo dulcē immittas? absq; ulla
dubietate ubi ad unū exitus fura-
men puenit. p̄mixta utraq; ama-
ra apparebit: quia n̄ mirū
multo dulcē facili⁹ in ama-
rum ubi immiscetur: quā amarū
uertit in dulce. Quo exemplo colli-
gitur q̄a colloquia mala sic mores
bonos ap̄lo teste: sic etiā sermones
bonos corumpunt. **N**unquid
potest fr̄s mei ficus oliuas facere.
aut utis ficus. **I**n p̄mptu est
q̄a sicut arbor nequit amisso na-
tura i fructu alius arboris ex se
ferre fructū: ita maledicus & si
q̄d boni ad temp⁹ loqui uidetur:
fructū benedictionis habē nul-
latenus potest. **A**t si hec alii quis
uelit discuti: potest in ficu cui⁹
folijs p̄thoparentes nr̄i post ag-
nitionem p̄uaricationis sua puden-
da texunt. uelamentum excusati-
onis intelligi: q̄ & ipsi tē increpa-
tionē creatoris a se repellē. et in
ip̄m creatore conabant⁹ refundē:
et nē plerūq; stultoz cor suum

declinant i uerbum malū: ad excu-
sandas excusationes in peccatis.

Potest & in oliuis fruct⁹ misericordie: in-
uite feruor dilectionis accipi. **E**go
autē sicut oliua fructifera i domo
dei sp̄au in misericordia dei mei: id ē
sicut il qui fructū misericordie facit.
misericordiam ipse a dño sp̄au. **I**teq;
et poculū inqt tuum jebriant quā
p̄larum ē. **Q**d de caritate dī gstat
dictū: que diffusa ē in cordib⁹ nr̄is
p̄ sp̄m sc̄m qui datus ē nob. **N**on
potest q̄ ficus oliuas facē: q̄a qui-
cumq; se in peccatis excusare poti⁹
qm̄ accusare nititur: nequaq; opa
pietatis que p̄ peccatis fiunt. in p̄-
rimos p̄fecto s; magis sup̄bo cor-
de largit. **H**ecq; uitas ficus: q̄a q̄
diuina dilectione se p̄fecte debri-
at: nullū tam de suis erratibus
nisi se ip̄m accusat. **Q**uis sapi-
ens & disciplinat⁹ int⁹ uos: osten-
dat ex bona uersatione opationē
suam i mansuetudine sapientie.
Quia imp̄bis doctorib; silentiū im-
posuerat. eosq; magistru gradum
tenē ueruat q̄s nec uite p̄fectionē
nec gmentia lingue habē cerne-
bat. cōsequenter admonet. ut si
q̄s int⁹ eos sapiens & disciplinat⁹
ut sit ut s̄ esse uideat. magis sa-
pienter ip̄e ac disciplinate i iuen-

do eruditionē suam tanquā alios
docendo demonstrat. **Q**uoniam enim man-
suetudo corde & ore sereno bona que
ualet opatur: euidens utiq; dat
animum sapientis iudiciū. Princi-
um enim sapientie: timor dñi. Qui
si ad p̄dicandū uerbum quā facien-
dum p̄chuior est: plerūq; p̄ amore
iactantie p̄ studiū otentionis. per
eloquentie facilitatē. p̄ inuidenti-
am aliorū docentiū. p̄ ignorantiam
catholice ueritatis. stulticie reatu
incurrit. Cui bene congruit illud
salomonis: quia ubi uerba plurima
sūt. ibi frequenter egestas. Unde &
hic q̄q; recte subiungit. **Q**uod
si zelum amarū habetis. & otentio-
nes in cordib; ur̄is: nolite gloriari.
Zelum amarū dicit. quia est & zelus
dulcis. a quo & symon ap̄l̄s n̄ro
p̄fecti cordis nom̄ accepit: quē &
hehyas habuit cū ait. Zelo zelatus
sum p̄ dño deo exercitū: quia
deliqui erunt pactū tuum filij is-
rahel. & ap̄l̄s paulus: emulor enim
inquit dñi emulatiōe. Est & bona cō-
tentio: quā dñs habere nos p̄ce-
pit dicens. Contendite intrare
p̄ angustam portā. **N**olite inquit
gloriari & inuidaces eē aduersus uita-
tē: quia uitalis ip̄a p̄bat nō eē gl̄a
dignos eos q̄ sapientie uerbū xp̄m

13.
p̄ferentes ex ore. zelum amarum
& otentiones in fructuosas gestant
in corde. **N**on ē ista sapientia de
sursum descendens: sed terrena. ani-
malis. diabolica. **E**t paulus ait:
quod animalis homo nō percipit ea quę
sūt sp̄s dei. Notandū autē quod ani-
malis homo siue animalis sapi-
entia. nō ab animali s; ab anima de-
riuat: teste ap̄l̄o qui ait. Factus est
primus homo adā inanimā uiuen-
tem: nouissim⁹ adam in sp̄m usq;
ficantē. S; nō prius quod sp̄uale est:
s; quod animale. Quod ab anima veri-
uatiū greca testat⁹ auctoritas: in
qua uidelicet. psyche anima. psy-
chicon dicit⁹ animale. **P**orro ani-
malia quāuis latine ab anima
uocabiliū accepisse uideant⁹: lon-
ge diuisam grece ac dissimilem
habent etymologiam: namq; ab
eo quod uiuant nomen sociunt⁹.
Si quidem apud eos zoe uita: zoa uo-
cant⁹ animalia. Cum igitur ap̄l̄s in
ep̄l̄is suis sepius nominat car-
nale hominē. nominat anima-
lem. nominat sp̄uale: sp̄ualem
ut ip̄m dñm dicit. quod in carne &
anima apparet. sp̄u sc̄o plenus
eritit: ut omnē electum quod in car-
ne & anima naturaliter consistens.
gr̄am quę sp̄s sc̄i sc̄dm̄ in se ipsam

donationis xpi qua illustretur acce-
pit carnalem uel ut animale appel-
lat hominem: qui nil gratie spiritualis
habens ea tantum que naturaliter
carni sue anime sensibus insita sunt
cogitare uel facere nouit. Merito
ergo ostentiosa et superba sapientia esse. ter-
rena. animalis et diabolica memo-
ratur: quia dum terrenam gloriam ani-
ma querit. dum experit gratiam spira-
lis. sola ea que sunt naturaliter post re-
atum prime prauitatis sunt insita
cogitat: iure a maligno delusa
spiritu. ad agenda se illa que sunt uesana
et nocua querit. **V**bi enim
zelus et ostentio: ibi inconstancia et
omne opus prauum. **O**mnino inquit
custodia serua cor tuum: quoniam ex ip-
so uita procedit. Qualis enim cordis
est radix: talis in conspectu interni
arbitri est omnis fructus actionis.
Et qui nequam corde liuoris uel con-
tentionis ostendit: huius est prauum
opus omne quolibet rectum homi-
nibus uideatur: uidelicet propter incon-
stantiam mentis huc illucque fluctu-
antis: quia se ad unam superni intu-
itus anchoram figere neglexit.
Que autem desursum est sapientia. primum
quidem pudica est. deinde pacifica.
modesta. suadibilis. bonus assensibilis.
Hec autem est mansuetudo sapientie

quam super habenda esse precepit. ze-
lo utique amaritudinis et ostentio-
nis aduersa. qua sanctorum predicatorum
uirtus et doctrina uicissim sunt in ca-
ritatis atque concordie pace sociatur.
Primum inquit pudica est. deinde pa-
cifica: pudica uidelicet quia caste in-
telligit: pacifica autem. quia per relationem
se minime a parum societate dis-
tinguit. **M**odesta suadibilis. bonus
assensibilis: quia nimirum sapientis est
bonorum suasioni assensum prebere. quo-
modo petrus redarguenti se paulo
concessit annuit. improborum uero doctrinam
tota intentione uel docendo uel ui-
uendo repellere. **P**lena misericordie
operibus bonis. **E**t hec est bona con-
uersatio. quam supra sapientem et
disciplinatum ostendere monuit.
misericordem uidelicet animo esse. et
eiusdem misericordie fructus exterius pro pie-
tatis opera monstrare. **I**udicans
sine simulatione. **H**ac uirtute
quantum pudica sapientia proprie
tantum ostentiosa prorsus caret et blas-
phemia. **N**am qui se doctorem ceteris
perfectioremque uideri appetit: multum
necesse est laboret ut primum quasi
imprudenter doctore possit lacere.
et se non nunquam etiam ea quibus alienus
est bona fecisse uel dixisse simula-
do pretendat. **F**ructus autem iusticie

in pace seminat^{ur} facientib^{us} pacē.
Omne qđ in hac uita agimus: se-
men est futūe retributiōis. Ipsa autē
retributio fructus ē opum p̄sentū:
ap̄lo teste qui ait. Quēcūq; enim
seminauit homo hec & metet: &
qui seminat ī carne de carne et
metet corruptionē: qui autē se-
minat in sp̄u. de sp̄u metet uitā
et̄nam. **E**t ideo recte dicit. quia
fruct^{us} iusticie in pace seminatur:
facientib; pacem. fruct^{us} enim ius-
ticie uita et̄na est. que opib; iusti
retribuet. quia q̄ inquit pacē se-
cunt^{ur} eam. ipsa pace cui student
quasi optimo semine tram sui co-
dis asp̄gunt: quo p̄ cotidianum
bone opationis crementum. ad fruc-
tum ualeant puenire uite celes-
tis. De quib; alibi sc̄ptum ē. Qui
seminant ī lacrimis ī exultatiōe
metent: & cet̄a usq; ad finē psal-
mi. **S**eminant autē & metent &
reprob; quia p̄mitis in iudicio reci-
pient: nō tam fructum. s; cor-
ruptionē mēte dicunt: quia nō
bonis fruunt^{ur} eternis. fructus
quippe a fruendo dicit^{ur}: sed p̄ cor-
ruptione in qua uixerant penas
luent sempit̄nas. **V**nde bella
& lites inter uos. **N**ōne hinc
Id ē a zelo et̄ ḡtione: que sup̄

14.
uetuat habe. **V**nde & hic latius
idē exponendo subiungit di-
xerit. **E**t a concupiscentijs uir̄is q̄
militant ī membris uir̄is. **C**on-
cupiscentie autē militant ī mētib;. **C**
cū ad ea que mens impba prauē
fugit. man^{us} ut lingua ut oculoꝝ
mēbroꝝ. sensus intempant^{ur} obedit.
De q̄ & in p̄mis hui^{us} epl̄e partib; ait
Vnq̄sq; ū temptat^{ur} a concupiscentia
sua abstract^{us} & illectus: y cet̄a. **P**os-
sūt autē concupiscentie^{terrestrū}
bonoꝝ in hoc loco dicte intelligi:
regni uidelicet appetit^{us}. diuiciaꝝ.
honoꝝ dignitatū. **P**ropter hec enī et
hui^{us} modi innumera lites frequent^{ur}
int^{er} malos & bella ḡmittuntur.
Litigatis et belligeratis: & nō habe-
tis p̄pter quod nō postulatis. **L**iti-
gatis inq̄t & belligeratis p̄tempora-
li gl̄a. neq; hanc obtinē ualeatis: p̄pter
hoc nimirū qđ dñm postulare nō
curastis. ut ip̄a salutaria queq; uo-
bis offerret. **S**i enī illum pia īten-
tione postularetis: & t̄ena uobis
necessaria ad usū temporale: & ad
fruendū p̄petuo sup̄na bona tri-
bueret. **P**etatis & nō accipitis eo
qđ male petatis: ut in concupiscenti-
is uir̄is insumatis. **P**redixerat
eos nō postulare. & nō dicit eos ma-
le petē: quia q̄ male petit. iam ī

ōspectu mīri testis nichil petere
videt. **M**ale autē petit: qui dñi ius
sa gtempnent. a dño beneficia su
perna desiderat. **M**ale petit & ille
qui amisso amore supnoz infima
tantū querit bona pape: & hec n̄
ad sustentationē humane fragili
tatis: s; ad redundationē libere uo
luptatis. **H**oc ē enim qđ ait: ut i
gcupiscentiis ur̄is insumatis.

Ad ultm̄. nescitis qđ amicitia huius
mundi iūmica ē deo. **A**dulteros
recte nūcupat. qđ delicto amore
sapie celestis. ad amplexū potius
amicitię mundialis ēē deflexos i
crepat: qđ gditore cōtempo māmo
nē magis seruire cernebat. **D**ixit
qđem sup̄ de ap̄tis dī inimicis.
Nōne diuites p̄ potentia opprimunt
uos. & ipsi trahunt uos adiudicia.
Honne ipsi blasphemant bonū no
men qđ inuocatū est sup̄ uos: **S**
ne illos solos putares iūmicos esse
dī qui eū ap̄te blasphemant: qui
fidē eius p̄secunt̄ in sc̄is. & eos in
iquo iudicio gdemnant: ostend̄
etiā eos ēē dei iūmicos. qđ sub fide
& gfessione nominis ei. mundi il
leceb̄s & amori deseruiūt: qđ nomi
neterit̄ fideles. reb; tremis celestia
post ponunt: qđ etiā sequenti uer
siculo i stancl̄ inculcat subdens.

Quiaq; g uolunt amicē ēē scti huius:
iūmicis dī gstituit. **E**rgo iūmici
dī om̄s amatores mundi. om̄s iqui
sutores nugarū: om̄s p̄tinent ad eō
de qb; dī: qm̄ ecce inimici tui dñe
p̄bunt. **I**ntrent eccl̄as. n̄ intrent
eccl̄as: inimici dī sunt. **A**d temp̄
post̄ florere quasi fenū: s; ubi ar
dor iudicij apparuit p̄bunt: et
decor uult̄ eoz depiet. **A**ut pu
tatis qđ in ant̄ sc̄ptura dicat: il
la uidelicet sc̄ptura que a maloz
societate fideles uercent̄ ita loq̄
tur p̄ moysen. n̄ inibis cū eis fed̄.
nec cū dys eoz habitet̄ intra tua.
ne forte peccare te faciant iūne.
si serueris dys eoz qđ t̄ certo erit
i scandalū: & rursum. n̄ facies
opa eoz s; destrues eos. & gfringes.
statuas eoz: **A**d inuidiā concu
piscet sp̄c qui habitat in uobis.
Introgatiue p̄ inc̄pationē legendū
est: quasi dicitur. **N**unqđ sp̄c gr̄e
qđ signati estis indie redēptionis
hoc gcupiscet̄. ut iuideatis altitū.
Hō utiq; bonus sp̄c inuidie inuicū
in uob̄ opatur s; malus. **C**ui simi
lis ē modus locutiōis in psalmo.
Frater iū redimit: redimet homo.
Ita enī intelligit̄. **S**i ap̄e nos n̄ re
dimit qđ nob̄ frater fieri dignat̄
ē p̄ humilitatē: nunqđ aliqđ homo

purus nos redimet: Qdam hanc
 sententiam ita edisserit: Ad inuidiam
 concupiscit spiritus qui habitat in uobis.
Ad inuidiam concupiscit hoc est in
 uidię morbum debellari: atque a uiribus
 inuicibus extirpari desiderat. Alij de spiritu
 hominis dictum intelligunt: ut sit sen-
 sus. Nolite concupiscere nolite mundi
 huius amicitias adherere: quia spiritus
 inuisibilis uere diuina terrena concupiscit. ad
 inuidiam utique concupiscit. dum ea que
 ipsi acquirere concupiscitis. alios in-
 uideatis habere. **M**aiorem autem dat
 gratiam. **M**aiorem autem dominus dat
 gratiam. quam amicitia mundi: quia
 hec terrena bona ad tempus. et ea cum
 dolore amittenda sunt. ille gau-
 dium uitę largitur eterne. Qualibus
 autem hanc gratiam largiatur: subsequen-
 ter exponit. **P**ropter quod dicit. Deus
 superbis resistit: humilibus autem dat
 gratiam. **F**ures quidem. puros. lux-
 uriosos et alios peccatores. quasi contemp-
 tuos preceptorum suorum punit dominus: sed super-
 bis specialiter resistere dicitur: quia nimi-
 rum maiori pena plectuntur qui confi-
 dunt in uirtute sua. quam diuine po-
 tentię subditi negligunt: qui quasi sibi
 metipsis ad saluandum sufficiunt. au-
 xilium superne gratię querere detrectant.
At contra humilibus dat gratiam: quia qui
 in suorum plagis uiciorum ueri se medi-

ci manibus simpliciter subdunt: merito
 desiderate sanitatis dona recipiunt.
Notandum autem quod hanc sententiam
 de superbis et humilibus beatus iacobus
 de parabolis salomonis iuxta anti-
 quam translationem quemadmodum et pe-
 trus in sua epistola posuit: pro qua in
 editione que de ebraica ueritate des-
 cendit. ita dicit. **I**llusores ipse deludet.
 et mansuetis dabit gratiam. Deludet
 autem dominus illusores: iuxta hoc quod pau-
 lus loquitur de eis. qui illum in nomine
 patris sui recipere uenientem recusant.
 aut christum in nomine suo uenientem
 susceptum sunt. **E**o quod dilecti-
 onem inquit ueritatis non receperunt ut
 salui fierent. ideo mittet illis deus
 operationem erroris. ut credant men-
 dacio. **D**eludit illusores. cum dicen-
 tibus iudeis. si rex israhel est descendat
 nunc de cruce et credimus ei. patienter
 sustinuit: donec mortuus ac sepul-
 tus. et eorum insultationes. et ipsa
 mortem cito resurrectione superaret.
Dabit autem mansuetis gratiam: quia eis
 qui illum humiliter secuntur. et perfecti-
 onem boni operis. et beatę penitentia-
 tis dona largitur. **A**ppropinqua-
 te domino. et appropinquabit uobis.
Appropinquate domino per humilitatem
 eius uestigia sectando: et appropin-
 quabit uobis per misericordiam uos de-

angustis libando. **H**ō enim regio-
nib; longe est q̄sqm̄ a deo: s; affecti-
bus. Namq; uno ḡmorantes terre
loco. ut qui ututib; studet. & ut q̄
defluit sordib; uicioꝝ: unus longe
ē a dño. alius primū habet deum.
Vn̄ & psalmista ait. Prope est dñs
om̄ib; inuocantib; eum ī ueritate.
Rursumq;. Longe ē a peccatorib; sal.
illa utiq; salus cui cantam̄. **D**ñs
illuminatio mea: & salus mea. **E**t
ipse dñs cum nos s̄ appinquare
suadet dicens. uenite ad me om̄s
qui laboratis & onati estis & ego re-
ficiā uos: ḡtinuo q; n̄ hoc pedib; sed
actibus eēt implendū demonstrauit.
cū subdidit. Tollite iugū meum
sup uos: & discite a me quia mitis
sum & humilis corde. **E** munda-
te manū peccatoꝝ: & purificate cor-
da duplices animo. **H**oc est ue-
racter nos dño appinquare: op̄is
uidelicet mundiciā. et cordis sim-
plicitatē habē. Innocens inq̄ ma-
nib; & mundo corde: hic accipiet
benedictionē a dño. & hoc ē uera-
citer dñm appinquare nob;: siue no-
bis pietatis dona simplicit̄ dare.
Sēs enim sp̄c discipline effugiet
fictū: & auferet se a cogitatioib;
que s̄ sine intellectu. **M**iseri
estote & lugete. & plorate. r̄sus

uester ī luctum uertat̄. & gaudi-
um ī merore: humiliamini in cō-
spectu dī. & exaltabit uos. **N**olite
inq̄t amare locupletari. et gau-
dere in hoc seclō: s; memores scelerum
q̄ fecistis. hoc potuit p̄cua-
te ut p̄ breues hui' uite miserias
pauptatēq; ac lamentationē transi-
toriam. ad gaudia celestis regni
sempiterna p̄tingatis: qm̄ ut ple-
ticia temporalis op̄ib; quā p̄ in-
quū laborem acquisistis. p̄petuo
mendicetis. lugeatis. tormenta sol-
uatis. **N**olite detrahe altitru-
fīs mei. **E**t hoc uiciū detractionis
aduenenū lingue mortiferū re-
spicit de quo ait: belligeratis. At-
tigitis. **Q**ui detrahit fr̄i aut qui
iudicat fr̄em suū: detrahit legē
& iudicat legē. **D**etrahit legē q̄
detrahit fr̄i. quasi ipsa nō recte
fecit quando detractionē uertit.
dicens p̄ propham. Detrahentē ad-
uersus proximū suū occulte: hic p̄-
sequebar. & in leuitico. Non eris
ēminator: et susurro in p̄lo. Potest
& ita intelligi. Qui detrahit fr̄i
legis uisā facienti: detrahit legē.
& iudicat legē. quare talia iussa
dedit. Verbi gr̄a. **L**ex p̄cepit dñs.
Ne memoreris ^{in iure} ciuū tuorū. **Q**uare ergo
detrahit fr̄i & qui iudicat fr̄em

fini quem uidet p̄di amore liben-
 ter in iurias suscipe: detrahit utiq;
 legi & iudicat legem. que nos iu-
 rias obliuisci p̄ceptit. **T**u autē
 q̄s es qui iudicas p̄ximū. **T**eme-
 ritatē arguit eius q̄ p̄ximū delec-
 tatur iudicare. nec siue statū siagi-
 litatis ac uitę temporalis incertū
 p̄pendē curat. & quia n̄ nunquā
 p̄ imitationē dextē exoelsi hi qui
 iudicabant p̄ximū. ei quē iudica-
 bant potestati subdunt. n̄ nūquā
 ip̄o sup̄stite rapiunt e mundo.
 arguit subsequenter. **T**em̄itatē q̄
 certitudinē uitę siue nullā haben-
 tes. de multoz tempoz lucro ani-
 mū infutūm extendit. **N**am sc̄pt̄.
Ecce hunc q̄ dicitis. hodie aut cras-
 tino ibun' in illā ciuitatē. & faciem'
 q̄dem ibi annū. et mercabun' in ea.
 & lucrū faciem'. **M**ultifariam i
 hui' modi disputatiōe stulticiā esse
 notat. q̄a uidelicet. & de lucroꝝ aug-
 mento ḡsiluū agunt. & se multo
 tempore uicturos arbitrantur. & ubi
 annū faciant siue eē potestati au-
 tumant. & in his om̄ib; sup̄ni iu-
 dicis ad mentē reuocare ḡtempnūt.
Que ē enim uita uīa? Vapor est
 ad modicū appārens. deinceps exter-
 minabit. **N**on aut que est uita
 uīa. s; que ē inq̄t uita uīa. q̄a iusti

tē ueri uīe incipiunt. cū ad hui'
 uitę finē pueniunt. **I**nimici autē
 dñi mox ut honorificati & exaltati
 fiunt. deficientes ut fumū deficiēt.
Non autē putandū est hanc eandē
 eē sententiā. qm̄ apud se impij in
 libro sapiē dixisse p̄hibent. quia
 ex nichilo nati sum'. & post hoc
 erim' tanqm̄ n̄ fuerim'. qm̄ fum'
 afflatus ē in narib; nr̄is. & sermo
 scintille ad ḡmouendū cor nr̄m.
 q̄a extinctū cinis erit corp'. & sp̄c
 diffundet tanqm̄ mollis aer.
Hec enī illi ratiocinabant. qui nul-
 lam uitā nisi istā eē credebant.
 dicentes cū epicuro. post mortem
 nichil ē. & mors ip̄a nichil ē. **I**llud
 autē intulit beatus iacob; ut doceat
 q̄a uita prauoz breuis ē in p̄sentq;. qm̄
 tam̄ mors in futūo sequit' eter-
 na. iuxta illd̄ beati iob. **D**ucunt
 in bonis dies suos. & in puncto
 ad inferna descendit. **S**cienti
 ḡ bonum facē & n̄ facienti. pecca-
 tum ē illi. **P**er totum epl̄e hui'
 textū beatus iacob; ostendit q̄a
 hi q̄b; sēpsit scientiā bona facien-
 di habebant. simul & fidē rectā
 didicant. ita ut etiā alijs se ma-
 gistros fieri posse p̄sumēt. nec
 tam̄ opum p̄fectionē. neq; m̄tis
 humilitatē neq; ḡtinentiā adhuc

sermonis ^{erat} adepti. Unde illos modo
in talia in cepationis exhortationis q; uerba
n̄ minimū terret. in eo qđ ostēdit
scientē bona facē & nō facientem
que nouit. manus habē peccatū
qm̄ illum q̄ ignorantē delinqt.
tā & si nec ille p̄sūs eē a reatu li
ber possit q̄ nescius errant: cū
ip̄a boni ignorantia n̄ parū sit
malū. Hinc enim dñs ait. Ser
uus q̄ cognouit uoluntatē dñi
sui n̄ paruit & n̄ fecit scđm uo
luntatē ei' uapulabit multis: q̄
autē non cognouit n̄ fecit digna
plagis uapulabit paucis.

Agite n̄c diuites. plorate ululate
i miseris que adueniunt uob.

Nunc dū temp' acceptabile. dum
dies ē salutis: fūtas inqt penay
miserias flendo & elemosinas fa
ciendo uitate. **A**urū & argen
tum ur̄m eruginauit: et erugo
eoy uobis testimoniuū erit: et
manducabit carnes ur̄as sic igni.

Non solū impios & imisericordes
diuites uisibilis gehenne ignis
i tormentis excruciat: s; etiā diui
ciarū putrefactay. & inanum
memoria qb; facillime possent
suas redimē neqtias. n̄ min' et
ante iudiciū animas eoy. & post
resurrectionē etiam carnes exu

ret: dum s̄metip̄is grauius uas
ei incipiunt. quare sua scēla ele
mosinis abluē noliunt. Demiq;
diuiti illi purpurato erugo pe
cuniarū testimoniuū nequitie
& in augmentum uersa erat penay.
quando p̄i crepationē abrahe au
diuit. **F**ili recordare qđ recepisti
bona i uita tua: & lazarus simi
liter mala. Possunt etiā nomine
carniū ipse delicie carnales intel
ligi: qđ erugo pecuniarū sic igni
manducat. dū animā luxuriosā
& eternū secus se uentis flāma cruciat.
& n̄ min' int̄ius pungens sue te
natie dolor accusat. Qđ in hac
q; uita sepius contingit. ut n̄ mul
ti diuitias qb; male utebantur
amittant: pditisq; facultatib; iā
sero incipiant qđ eas sine fructu
habuunt dolere: & tē se gemant
indigentib; sua n̄ dedisse. cū ip̄i
ingruente indigentia cogantur
indicare. **T**hesaurizastis uam
in nouissimis dieb;: quando ne
glecta paupum ^{in iudicio} uel esurie. thesau
ros pecunie condē uobis gaude
batis: iam uob; ipsis n̄ preuden
tes int̄ni iudicis uā cumulastis:
que & si needū apparuit. in nouis
simis dieb; iam certissima restat:
id ē ubi temporalū dierū finis

affuerit. **E**cce merces oparior
q̄ messuunt regiones uias qui
fraudatq̄ s̄ a uobis. clamat. Quan-
ta iniquitas sup̄boꝝ. qui cū diuicia
sufficientes habeant. n̄ solū pau-
peres passim uenientes suscipe ac
reficē sp̄munt. s̄ ipsi q̄q; mercen-
narijs uel famulis suis debitā la-
boris sui mercedē reddē nolunt.
Quā impietatis uiciū beatus iob
multū se cauere insinuat. cū ait.
Si ad iussum me t̄ra mea clamat. &
cū ipsa sulci ei deflent. si fructus
ei comedi absq; pecunia. & animā
agrolarū ei affluxi. p̄ fructu or-
atur in tribulus. et p̄cedo sp̄na.
Et clamor ipsorū ī aures dñi saba-
oth int̄iuit. **D**ñm sabaoth id ē
dñm exercitū appellat. ad t̄rorē
eorū qui paupes putant nullū ha-
bere tutorem. Huic autē loco con-
gruit illud psalmiste. t̄ enī dere-
lictus ē paup̄. pupillo tu eris ad-
utor. & q̄d in libro iob sc̄ptum ē.
neq; enī frustra audiet d̄s. & om̄i-
potens singlorū causas intuebit̄.
Epulati estis sup̄ t̄ram. **N**eglecti
gaudij celestib; ad que p̄ afflictio-
nes & ieiunia uenire potātis. epu-
las tantū diligitis carnales. quas
tanta infutō fames sitisq; sequet̄.
ut ne una q̄dem aque gutta tunc

17
possit aliunde acquiri. p̄ qm̄ artes
uob lingua parump̄ refrigeretur.
Et in luxurijs enutitis corda uia.
Illi in luxurijs enutunt corda sua.
qui iuxta illū eccl̄astica sermo-
nem n̄ phibent cor quin om̄i uo-
luntate fruatur. & oblectet se ī his
que parauit. et hanc ducit partē
suā si utant̄ ipsi laborib; suis. nul-
lam de paup̄ū nutrimento uel oblec-
tamento curam habentes. **I**ndie
occisionis ad duxistis. occidistis
iustū. & n̄ restitit uob. **L**ustum
appellat dñm saluatōrē. de quo &
beatus p̄thomartyr stephan̄ eisdē
iudeis loquit̄. Quē p̄pharum nō
sunt p̄secuti patres uiri. & occide-
runt eos q̄ annunciabant d̄i ad-
uentū. cui uos p̄ditores & homi-
cidę fuitis. **A**pparet q̄ quia beat̄
iacob; illos diuites alloquit̄ ex eo
loco q̄ ait. agite n̄ diuites. plora-
te ululantes. qui in eceim dñi cō-
iurauit. et necdū fidem nōis ei
qua saluarent̄ acceperant. de q̄bus
& sup̄ loquit̄ credentib;. **N**onne
diuites p̄ potentia opprimunt uos.
et ip̄i trahunt uos ad iudicia.
Nonne ip̄i blasphemant bonū
nom̄ qd̄ inuocatū est super uos.
Et quando duodeci tribub; scribit̄
que s̄t in dispersione. ita fideles

monet opa fidei face. ut eos etiam
qui necdum crediderant ad fide dnu
cam. simul & fidei opa suadeat co
ueri. reuocans illis ad memoria
quia dñi filium occiderunt. & insup
q̄si nichil mali fecissent luxurie
se & auaricie manciparunt. nec
tantum scelus penitencia & elemosi
nis emundare curarunt. q̄b; p̄pe
ouent qd̄ ait. auaricia carnes ex
instar ignis manducata. & q̄a
thesaurizauit s̄ uam in nouissi
mis dieb; Hoc enim ier̄ post oc
cisione iacobi ipsius completum esse
claruit. cum iherosolymoz. ciuitas
imo omnis iudee p̄uincia expug
naret ac deleret a romanis. in ul
tione uidelicet dñici sanguinis.
ac ceteris que patrarant scelum.

Patientes ḡ estote fr̄s. usq; ad aduentum
dñi. **P**ostquam sup̄bos & incredulos
in crepauit. rursus ouertit ad eos
qui talium impbitate fuerant opp̄si.
cohortans eos ad patientiam. & insi
nuans q̄a talium pressuray finis
proximus instet. aut ipsis uidelicet
raptis ad dñm. fructuq; sue patie
recipientib; . aut p̄secutorib; eoz po
testate p̄sequendi priuatis. **E**cce
aḡcola expectat p̄ciosum fructum
terre. patienter ferens donec accipi
at temporaneum ac serotinum. cetera

Sulle p̄tre fructu quem expectat &
temporale spat puenire tam pati
enter laborat. quanto magis uos
p̄celestis fructu mercedis. quem p̄pe
tuo posside ualeatis. omnia nunc ad
uersa sustine debetis. **A**ccipietis
enim uos temporale fructum. uitam
uidelicet anime post morte. acci
pietis & serotinum carnis incorrup
tionem in iudicio. ut certe tempo
raneum in op̄ib; iusticie. serotinum
in retributione labor. iuxta illud
ap̄li. **H**abetis fructum uirum in sancti
ficatione. finem uero uitam eternam.

Nolite ingemiscere fr̄s in altitru.
quasi uos maiora malis aduersa pa
tiamini. & p̄secutores uiri cum ma
xima scela fecerint. nichil ferre
uideant aduersi. **V**t non iudi
cemini. iudicio uidelicet damp
nationis. eo qd̄ iudicem iustum q̄si
iniquis iudicantem uituperatis.

Ecce iudex ante ianuam assistit.
qui & uobis p̄mia patientie. et
aduersariis uiris penam quam uicent
restituatur. **A**n̄te ianuam autem as
sistit. q̄a ut proximus est ad noscen
da omnia que geritis. ut cito ue
niet ad retribuendum & uobis et
p̄secutorib; uiris que singuli me
ruistis. **E**xemplum accipite
fr̄s exitus mali. & longanimita

nis laboris & patientie: pphas q
 locuti sunt in nomine dñi. **V**ide
 te inqt quia pphē qui tam scī
 erant tā unimines a delicti ut
 dei spē p eos sua loquētur myste
 ria hominib; . extū malū habu
 erit mortē patiēdo ab infidelib;
 ut zacharias . urias . y machabei
 mrs : & in nouo testamto iohes
 stephan . iacob; zebedei & alij qm
 plurimi . nec tam hūimodi extū
 ingemiscē . s; cum pot' longani
 miter ferre uolebant . **A**lij longus
 sustinūe labores . s; & hos patient
 y sine murmuratiōe tulere . ut
 noe i edificatione arche p centū
 annos . moyses i ereptione & duca
 tu ppli p annos qdraginta : dauid
 in exilio sine culpa p pello : ioseph
 in seruitio . frūm fraude suscepto .
Ad utraq; autē firmū y imitabile
 sub iunare exemplū dicens . **S**uf
 ferentiā iob audistis : & finē dñi
 uidistis . **L**aborē inquit y paciā
 iob ex lectione cognouistis . y qā
 duplicia cuncta que hostis frau
 de pdidit . dño miserante recepit .
 exitum qq; in cruce quē longani
 miter suscepit . astantes ipsi ui
 distis : s; & glām resurrectionis et
 ascensionis . eius ad celos euēgēlica p
 dicatiōe . didicistis . **Q**uia mi

sericors est dñs & miserator . ut ut
 in p̄senti suos a temptōnib; libet .
 & p̄stantia fidi etiam corā homi
 nib; uiuentes glificet . ut post mor
 tem i occulto coronet : y ne sic qui
 dem ab hominib; memoriā quam
 meruānt laudis auferat . **A**nte
 om̄a fr̄s mei nolite iurare y cetā
Qui letiferū lingue uisus ad inte
 grum in suis auditorib; exhauri
 re desiderauit : qui detrāhe alteru
 trum uetuit : q̄ iudicare parū
 int̄dixit : qui i aduersitatib; mal
 altitru ingemiscē phibuit . que
 fr̄ apta peccata . addit etiam hoc
 qd quib;dam leue uidet̄ . ut iurē
 quoq; iurandi gsuetudinē tollat .
Ham hoc qq; illis nequaquā parū
 pendendū patent̄ apparē . q̄ illam
 dñi sententiā sollicitē gsidant
 qua dicit . **O**mnē ūbum otiosum
 qd locuti sūnt homines . reddēt
 rationē de eo indie iudicij .
Vt non sub iudicio decidatis . **I**dō
 inqt uos a iurationis culpa com
 pesco . ne frequēter uera iurando
 aliquādo etiam impiurū decida
 tis . s; eo longius a pejurandi ui
 cio stetis : q̄ nec uerū de iurare
 nisi p̄xima necessit̄ ate uelitis
S ; ille sub iudicij reatus de
 cidit . qui & si nunquā piurat

crebrum tam quam opus est uerum
deurat: quia nimirum ipsa superflua
locutionis ociositate delinquit offen-
ditque iudicem: qui in mutale uerbum
& iuramentum omne uerit. **T**ris-
tatur aliquis uerum: oret equo animo
& psallat. **Q**uia super impressuris
ad inuicem fratris ingemiscere prohibetur.
ne quid e contra gerendum sit ipse de-
monstrat. **S**i quid inquit alicui
uerum tristitia deprimatur. ut ab alio
hominibus; illata forte iniuria ingru-
erit: ut culpa accedente. ut domes-
tico dampno preoccupante. ut alia
qualibet ratione uos tristari con-
tingit: nequaquam illa hora ad inui-
cem murmurati. & de dei iudicij
querelas posituri ueniamus: sed po-
tius ad ecclesiam concurrentes flexis
genibus deum orate ut consolationis
sue gratiam mittat. ne uos tristitia
soli que mortem operatur absorbeat.
ipsi quoque psalmodie crebra dul-
cedine nocuam tristitiam pestem
uero de corde repellite. **I**nfirmatur
quis in uobis: inducat presbiteros
ecclesie & orent super eum. **S**icut
dederat tristitiam: sic dat & infir-
manti consolationem. qualiter se a mur-
murationis stulticia tueatur: ut
iuxtaque modo deum uulnere modum
ponit & medele: tristitiam precipiens

ut ipse pro se oret & psallat: infir-
manti autem ut fide ut corpore
mandans ut quia maiorem susti-
nuit plagam plurimorum se adiu-
torio. & hoc seniorum curari memi-
nerit: neque ad iuniores minusque
doctos causam sue unbecillitatis
referat: ne forte quod pro eos allocu-
tionis aut consilij nocentis accipiat.
Et orent inquit eum super. ungentes
eum oleo in nomine domini. & oratio
fidei saluabit infirmum. **H**oc & apostoli
in euangelio fecisse legunt: et nunc
ecclesie consuetudo tenet ut infirmi
oleo consecrato ungantur a presbiteris.
& oratione comitante saluentur:
nec solum presbiteris. sed ut innocenti
papa scribit. etiam omnibus christianis
uti licet eodem oleo. insua aut suorum
necessitate ungento. **Q**uid tamen
oleum nisi nisi ab episcopo licet confici.
Nam quod ait. in nomine domini. signi-
ficat oleo in nomine domini confecto.
ut certe quia etiam cum unguunt in-
firmum. nomen domini super eum inuo-
care pariter debent. **E**t si in
peccatis sit: dimittentur ei. **M**ul-
ti propter peccata inanima facta.
infirmitate aut etiam morte ple-
tuntur corporis. **V**nde apostolus co-
rinthijs. quia corpus domini in-
digne percipere erant. & soliti ait.

Ideo ut uos multi infirmi & im-
 becilles sunt: et dormiunt mul-
 ti. **S**i ergo infirmi in peccatis
 sunt: & hec presbiteris ecclesie pres-
 bi sunt: ac perfecto corde ea relin-
 quere atq; emendare satagerint:
 dimittent eis. Neq; enim sine con-
 fessione emendationis: peccata queunt
 dimitti. **N**on recte subiungitur:
Confitemini ergo altitru peccata ustra:
 & orate p inuice ut saluemini.
In hac aut sententia illa debet ee
 discretio. ut cotidiana leuiaq; pec-
 cata altitru confiteamur. eoz q;
 cotidiana credam oratione salua-
 ri. porro grauioris lepre imun-
 ditia uata legem sacerdoti pan-
 dam: atq; ad eius arbitrium qualiter
 & quanto tempore iusserit puri-
 ficari cur em. **M**ultu enim ua-
 let deprecatio iusti assidua. **H**ely-
 as homo erat similis nob passi-
 bilis: & oratione orauit ut non
 plueret sup terram: & non pluit an-
 nos tres & menses sex. **D**ecen-
 ty exemplo astruit. quicum depre-
 catio iusti ualeat assidua: cu he-
 lyas tantu una oratione orando
 tam longo tempore celos stinu-
 erit. tuis ymbres auerit. fruc-
 tus mortalib; negauit: & rursus
 ubi uoluit. ubi temp ee pspex.

ubi longa inedia tabe cor regis
 supbi & gentis ydolatrie ad penite-
 tiam uidit inflexu. una solim
 oratione orauit. & fructus atq; aquas
 quas negauit terris restituerit.
Sic enim sequitur. **E**t rursum orauit
 & celum dedit pluuiam. & terra de-
 dit fructu suum. **S**emel ergo et
 prius & postmodu orauit: & hoc un-
 helyas ac tanta impetrauit. **Q**ua-
 tum aut plurimoz ualet oratio
 iustoz. **S**; ne trepidaret nra fra-
 gilitas reputans se tanto pphete
 qui curru igneo rapi meruit
 ad celos. similia facere non posse.
 & sicut beatus iacob; de ei orati-
 one locuturus ita inchoauit:
Helyas homo erat similis nob pas-
 sibilis. **H**omo namq; erat. ta et
 si nulli hominu uirtute scds.
 similis nob origine carnis: pas-
 sibilis ut nos. & mentis fragilita-
 te & carnis. **N**am qa carne fragi-
 lis eet: apud sareptena uidua
 uictum querendo monstrauit.
Quia mente qq; passibilis fuerit
 ostendit: cu post redditas terre
 aqs. extinctosq; pphas ac sacer-
 dotes ydolor. unius muliercle mi-
 nus extitit p deserta diffugit.
Quanti aut sit nra apud dnm
 p infirmantib; orare. eiusq; sua


peccata confitentibus amissam reuo-
care sospitatur: subdando mani-
festat. **F**ris mei si quis ex uobis
errauit a ueritate & ueritatem quae est
scire debet quoniam qui conuicti fuerit
ab errore uiae suae saluabit ani-
ma eius a morte. **Q**uia enim in
superioribus huius epistolae partibus lingua
nostra a maligna ut ociosa locutio-
ne restringitur: oportune in fine
quid maxime loqui debeamus
ostendit. **I**ubemur itaque orare
& psallere domino quotiens aliquibus
pulsamur aduersus: item confiteri
aliter peccata nostra & orare pro
inuicem ut saluemur: pro sanitate pro
proximorum non solum temporali sed potius
aeterna quantum possumus impendimus
curam. **S**i enim magne mercede
dicitur esse a morte eripere carnem quan-
doque meritam: quantum est meriti
a morte animam liberare in celesti
patria sine fine uicturam. **N**otan-
dum sane quia quidam codices ha-
bent saluabit animam suam a mor-
te: & ex ambiguo greco ita etiam
recte interpretari potest. **E**t reue-
ra qui errantem corrigit: sibi met-
ipsi ex hoc uite celestis gaudia
ampliora conquirit. **S**aluabit
inquit animam eius a morte: et
coopto multitudinem peccatorum.

Qui peccatorem ab errore conuertit.
& eius peccata per hanc uisionem
ab aspectu interni iudicis
suppositione uite melio-
ris abscondit: et sua quoque in quibuscumque
offendit errata ab intuitu eius qui
omnia uidet primum curando con-
tegit: iuxta illud psalmiste. **B**eati
quorum remissae sunt iniquitates: &
quorum tecta sunt peccata. **H**ec obliuiscatur
hec hortans beatus iacobus quod su-
perius ait. **N**olite plures magistri
fieri fratres mei. **I**bi namque im-
perfectos in propria actione a magistratus
officio quod praesertim querelant
submouet: hic uero infructuosos
ex omni parte quod erga proximorum
salutem pro amore fraternitatis agere
debeant edocet. **Q**ui enim hic doc-
tor facere prohibetur: hoc alio loco
caritas facere memoratur: dicente
apostolo petro: quia caritas operatur mul-
titudinem peccatorum. **H**ec proterendum
quod hec errantis uersio non solum
loquendo sed plerumque bene agen-
do perficitur. **N**am si quis etiam lingua
tacente proximis exempla bonae
actionis ostendit: eosque ad imitan-
da quae neglexerant. elemosine uel
hospitalitatis. uel aliarum operum uir-
tutum ueritatem. officium perfecti doc-
toris exequitur: ac pro eius quae cor-

rexit saluatione fr̄s certam ap̄io
iudice mercedem consequetur.

*Explicit tractat' in eplam beati Jacobi.
Incipit expositio in eplam beati*

*etrus apls petri apli.
ihu xpi. electis aduent'
disp̄sionis. ponti. galatie.
capadocie. asie. ybitinie.*



D aduenē latine. grece
dicunt p̄seliti. quo nomine ap
pellabant iudei eos qui de genti
bus nati in d̄m crede. & circum
cisione accepta iudaico more iur
ta d̄i legem uitā ducē uoluer̄t.
De quoz num̄o fuere q̄dam eoz
qui in die sc̄o pentecostes quo apli
sp̄m sc̄m in ignis iustione p̄cep̄it.
ad p̄dicationē eoz ap̄o credidunt.
dicente sc̄ptura. q̄d iudei quoq;
& p̄seliti adessent. **E**lectos ḡ adue
nas dicit. qui de gentilitate ad
agnitionē & susceptionē diuine
legis. ac p̄ceptis sacram̄tis legali
bus ad acceptionē gratie fidei p̄
uenire m̄uerunt. **V̄n** sc̄s presbit̄
ieronim̄ de his loquens ita ait.
q̄a petrus post ep̄atim antiochen
sis ecclē. disp̄sionis eoz qui de cir
cūcisione credidunt. in ponto.
galacia. capadotia. asia. ybithi
nia sc̄do claudy anno ad expug
nandū symonē magū romā p̄git.

S; & nos si ueraciter cū p̄pha dice
possum' qm̄ incolē nos sum' ap̄d
te in tra. & p̄grini sicut om̄s pa
tres nr̄i. ad nos q̄q; epl̄as beati
petri sc̄ptas crede. & ut nob̄ mis
sas legē debemus. **D**eniq; in ip̄is
epl̄is quasi alibi pat̄am haben
tes nos ad monet d̄cs. **R** m̄i obsec̄
tanqm̄ aduenas & p̄grinos ab
stinere uos a carnalib; desid̄is
Qd ū adiungit̄ disp̄sionis. siḡtat
q̄a disp̄si sunt ab iherosolimis in
p̄secutione que facta fuit sub
stephano. ut certe alijs multapha
rys p̄secutionib; sint p̄fide uel
a iudeis ut a gentib; afflicti. ac p̄
prius sedib; sepe p̄d̄si. ut iactib;
ap̄loz legim'. **S**; & paulus ad ga
lathas. tanta inq̄t passi estis sine
causa. si tam̄ sine causa. **D**isp̄sio
nis inq̄t ponti. galatie. capadocie.
asie & bithinie. **O**m̄s he p̄uin
cie sunt ḡ eoz in asia. **S**; yalia bi
thunia ē in europa. de qua illi
qui in asia s̄t bithini originem
ducē p̄hibent'. **I**lla autē que in
asia est bithunia. uocat' y maior
frigia. que hiera flumine a ga
lacia ē determinata. **S** c̄dm
p̄scientiam d̄i pat̄s. in sc̄ificatiōē
sp̄c. in obedientiā & asp̄sionem
sanguinis ihu xpi. **A** dherent

In uersicli ad hoc qđ dicitur. electis
aduens. Electi namq; erant scđoy
p̄scientiam dñi pat̄s. Unde & paul⁹
ait. Quos p̄sciuit & p̄destinauit
q̄formel fieri imaginis filij sui.
& alibi. Sicut elegit nos ante
mundi cōstitutionē. Electi autē
erant ad hoc ut p̄ dationē sp̄it⁹
sc̄ificarent̄ emundati ab omnib;
peccatis. ut obedire inciperent
dño ihu xp̄o. qui p̄ inobediētā
p̄thoplasti pierant. ut asp̄si san
guine eius potestātē sathane ul
tarent. sicut isrl̄ p̄ agni sangui
nem egyptioy dñatum declina
uit. Asp̄sionem autē dicit more
sc̄pturē uec̄is. ubi que sc̄ificanda
erant. sanguine hostiarū solebat
asp̄gi. Ceterum ipse dicit manifes
te de eo. Nisi manducauerit car
nem filij hominis & biberit ei⁹
sanguinē. nō habebit̄ uitam
in uob. **G**ratia uobis & pax mul
tiplicet̄. ut qđ bene cepistis. p̄
fecte cōpleatis. **B**ene primo
grām. postea nominat pacem.
quia sine grā xp̄i ad pacem re
cōciliationis ei⁹ puenire n̄ possu
mus. imo nil pacificum. nisi p̄
grām eius habere ualemus.
Benedictus d̄s & pater dñi nr̄i
ihū xp̄i. **I**ta deo patri laudes

benedictionis refero. ut dñm sal
uatorem nr̄m & dñm eē monstret.
& hominē. Cum enī dicat. d̄s et
pater dñi nr̄i ihū xp̄i. deum qđe
dñi nr̄i ihū xp̄i appellat. qđ ip̄m
xp̄m hominē factū fuisse memi
nit. Patrem autē dñi nr̄i nominat.
qđ eundē dñm nr̄m dei filiū sep̄
eritisse n̄ dubitat. **Q**ui scđm
magnā misericordiam suā regenāuit
nos in spem uiuā. p̄ resurrectionē
ihū xp̄i ex mortuis. **I**n re bene
dicit̄ a nobis d̄s. quia cū nr̄is me
ritis genāti fuisset̄ ad mortem.
sua nos misericordia regenāuit ad ui
tam. & hoc p̄ resurrectionē filij
sui. cū uitantū nr̄am dilexerit
uitā. ut illum p̄ hac mori dispo
neret. atq; eadē morte p̄ resur
rectionē destructa. spem nob̄ ex
emplumq; resurgentiā monstra
ret. **M**ortuus ē namq; ne nos mo
ri timemus. resurrexerit ex mor
tuis. ut & nos p̄ cum resurrectōs
eē spemus. **I**n hereditatē incor
ruptibile. & in cōtaminatā et
ī marcescibile. **I**ncorruptibile.
quia uita celestis nec senio. nec
morbo nec morte. nec aliq̄ mes
ticia tangit̄. **I**ncontaminatā.
qđ in eam nullus potest imun
dus intrare. **I**n marcescibilem.

quia nec in ipsis beatorum hominum
 mentibus ex longo usu celestis illa
 uersatio ualet aliquando uiles-
 cere. quoniam presentis luxuriae & deli-
 ciae solent non nunquam diutina con-
 suetudine & usu in fastidium uer-
 ti. **C**onservata in celis in uobis.
 Conservata in uobis dicit. pro eo ut
 dicitur conservata uobis. id est ad
 hoc conservata nunc. ut uobis tem-
 pore praesentis reddatur in celis.
 Vel certe conservata in celis in uo-
 bis. quia quae dedit credentibus po-
 testatem filios dei fieri. ipse dedit
 eisdem potestatem hereditatem in
 celis accipere. perseverando usque in fi-
 nem ut salui sint. Et ideo conser-
 uata dicit in illis hereditatem
 quorum meritum uiuante domino pue-
 mendum nouit ad illam. quia qui
 non seruauerit disciplinam patris. he-
 reditatem non merentur ab eo ac-
 cipe. **Q**ui in uirtute dei custodi-
 mini pro fide in salutem paratam
 reuelari in tempore nouissimo.
Et dominus ait in euangelio. In domo
 patris mei mansiones multae sunt.
 Et iterum. Non est meum dare uobis
 sed quibus paratum est a patre meo.
 Parate sunt ergo sedes in regno dei.
 Parate mansiones in domo patris.
 parata salus in celis. tantum faci-

at se dignum qui accipere desiderat.
Sed quia nemo suo tantum conamine
 dignus fieri. suis uiribus ad aeternam
 potest uenire salutem. recte promit-
 titur. Qui in uirtute dei custodim-
 ni pro fide. Neque enim quisquam sine
 libertatis potentia se custodire
 ualet in bonis. sed illius quod dicitur
 est promissa auxilium ut perficiamus.
 a quo initium bonae actionis acce-
 pimus. **I**n quo exultabitis. **M**odi-
 cum tamen si oportet consistari in uari-
 is temptationibus. **Q**uod dicit in quo.
 significat in eo quod tempore nouis-
 simo salus parata reuelabitur. ac-
 dignus dabitur. **D**e quo dominus ait.
Iterum autem uidebo uos et gaudebo
 cor uestrum. et gaudium uestrum nemo
 tollet a uobis. **M**odicum nunc si o-
 portet consistari. **O**portet inquit con-
 sistari. quia non nisi praesentia scilicet
 labentis. et afflictiones. potest in
 gaudia aeterna perueniri. **M**odicum
 autem dicit. quia ubi merces aeterna
 retribuitur. breue uidebitur ac le-
 ue fuisse quod in seculi tribulationibus
 graue uidebatur et acerbum.
Vt placio fidei uestrae multo preciosi-
 or sit auro quod pro pignere probatur.
Et sapientiae liber passionem seculi
 auro quod pro pignere examinat comparat.
 dicens de domino. Tanquam aurum

in fornace pbavit illos. & quasi
holocausti hostiam accepit illos.
q̄a nimirū quos in camino tribu-
lationis fideles pbavit. hos in
gaudio retributionis q̄si placabi-
lem s̄ hostiam assumit. Et bene-
patientia sc̄oz auro assimilatur.
quia sic in metallis p̄ciosius auro
aliqd̄ n̄ est. ita hec ap̄d̄ deum om-
ni ē laude dignissima. Hinc et̄n̄
sc̄ptum ē. Preciosa in spectu d̄ni
mors sc̄oz eius. Sic enim aurū in
fornace clausū ignib; examināt.
pbatum si foras cur̄ sit fulgoris
apparebit. ita fidelium constantia
int̄ infidelium q̄dem p̄suas
temptabilis videt̄ ac stulta. s̄;
ubi temp̄ retributionis finito
certamine tribulationū affuit.
tē quantē fuit gl̄e. q̄ntum flam-
mis passionū p̄fecit eoz virtus
ostendet. Unde apte subiungit̄
Inveniat̄ in laudem & gl̄am et
honore in revelatione ihu xpi.
Invenit̄ autē in laudē probatio
fidi. cum laudans eā iudex dic̄.
Esurivi & dedistis m̄ manduca-
re & cetera. Invenit̄ autē in gl̄am.
cum p̄mittit. eandem gl̄ificans.
Venite benedicti pat̄s mei. possi-
dete paratum vob̄ regnū a con-
stitutione mundi. Invenit̄ in

honorem. cū cadentib; impijs in
suppliciu eternū. vnti ibunt in
tam et̄nam. De quo ait ip̄e. Si
quis in ministravit. honorifica-
bit eum pat̄ meus. **Q**uem cū
iudicatis. exultabitis leticia in-
narrabili & gl̄ificata. **E**t paul̄
ait. Qd̄ oculus n̄ vidit nec auris
audiuit. nec in cor hominis as-
cendit. que p̄paravit d̄s diligen-
tib; se. **D**e qua salute exquisi-
erunt atq; scrutati s̄t p̄phete. q̄
de fut̄a in vob̄ gl̄a p̄phetaver̄t
Equisier̄t & scrutati s̄t in ocul-
to a d̄no ut ab anglis de fut̄a
eugly gl̄a. quando ut q̄ ordine
salus et̄na mundo adveniret.
qd̄ in eoz lib̄s inveniē. Unde
unus ex eis magno scientie salu-
taris amore. vir desiderioz appel-
lari ab anglo inuit. **P**phetabat
autē palam loquendo homini-
bus. & exponendo que in occulto
int̄ne contemplationis ip̄i cogita-
verant. **S**crutantes in quo ut
quale temp̄ significaret in ei spē
xpi. p̄nuntians eas que in apo-
sunt passionēs & postiores gl̄as.
Has gl̄as significavit euglysta
cum ait. Sp̄e enim v̄dum erat
datus. quia ih̄e nōdū fuerat gl̄i-
ficatus. **D**uc̄ s̄t autē d̄ni gl̄ificati-

cationes scdm suscepti hominis
 formā. una qua resurrexit a mor-
 tuis. alia qua ascendit in celum
 ante oculos discipuloy suoy. Restat
 tertia & ipsa incōspectu hominū.
 cum uenit in maiestate sua et
 patris & scōy angloy: ut reddat u-
 nicuiq; scdm opus eius. **Q**uib'
 reuelatum ē quia n̄ sibi ipis. uo-
 bis autē ministrabant ea que nun-
 tiata s̄t uobis. **I**nt̄ multa archa-
 na que reuelata sunt p̄phis cum
 diligenter de fut̄a salute scruta-
 rentur & exquirent. etiam hoc il-
 lus reuelatū est. quia n̄ in diebus
 eoy eadem salus. s; in uis̄ potē
 qui in fine scōy nascimini esset
 ad uentura temporib;. **H**ec idō di-
 cit. ut admoneat eos curā gerē
 salutis oblaty qm̄ tantisq; amabant
 p̄phē & iusti p̄ces. desiderantes illo
 tempore uiuē in mundo. q̄ abla-
 tis e mundo statim licet celes-
 tia regna ḡscendē. **P**er eos qui
 euigilauer̄t in uos spū scō misso
 de celo. **S**upra dixat p̄phis spi-
 ritum xp̄i p̄nuntiasse passioēs
 eius & posteriores gl̄as: et nē di-
 cit eadem ap̄tos eis nuntiare
 spū scō misso de celo. **V**nde patet
 quia idem sp̄s xp̄i erat in p̄phis
 p̄us. qui post modū in ap̄tis. idōq;

eandem fidem passionis xp̄i et
 postiores gl̄as utriq; p̄phis predi-
 cabant. illi adhuc uentam. isti
 iam uenisse. ac p̄ hoc unā esse ec-
 clesiam. cui pars carnalem dñi
 aduentum p̄cesserit. pars sit altā
 secuta. **I**n quē desidant angli
 p̄spicō. **C**onstat p̄ certo q̄a tan-
 ta eius qui passus est p̄ nob̄ homi-
 nis ih̄u xp̄i posterior gl̄a successit.
 ut etiam anglice in celo uirtutes
 cū sint et̄na felicitate p̄fecte. n̄
 solum in mortale deitatis mag-
 nificentiā. s; assumptē huma-
 nitatis claritatē semp̄ aspiciere
 gaudeant. **V**erum diligenti in-
 tuendū. quom̄ dicat q̄o meū de-
 sidant angli p̄spicō: cum deside-
 rium dici n̄ solet ei rei qm̄ habe-
 mus. s; quā uolumus habere.
Nam nemo desidat q̄o habet. **Q**-
 modo ḡ in xp̄m p̄spicere deside-
 rant. cui faciem nunqm̄ cessant
 cernē. nisi quia ḡtemplatio diui-
 ne p̄sentie ita sup̄ne patē cives
 beatificat. ut ineffabili nob̄ or-
 dine & semp̄ eius uisā gl̄a faci-
 entur. et semp̄ eius dulcedinē
 quasi nouam in faciabilitē esuri-
 ant. **H**am sic̄ beatus papa gre-
 gorius delicias cordis et corporis
 mirifice distinguens ait. corpo-

¶

rales deliciae cum non habent graue in
se desiderium accendit: cum uero habi-
te eduntur: comedente partem in
fastidium per saturitatem uertunt.
At contra spirituales deliciae cum non ha-
bentur in fastidio factae: cum uero habentur
in desiderio: tantoque a comeden-
te amplius esuriunt: quanto et ab
esuriente amplius comedunt. **I**n
illis appetitus saturitatem: saturi-
tas fastidium generat: in illis autem
appetitus saturitatem: saturitas
 cidit ante pedes ei⁹ ut ad. eū. ⁊ c. ha-
 bentiū testimoniū ihu. i. habentes

testimoniū qui ē nobis testis fu-
 te hereditatis. quē spm dedit in
 terris ut diligeretur. prim⁹. ⁊ mi-
 sit de celis ut diligeretur d̄s. talis
 ē testis sp̄e sicut aliq̄s pmittēs ali-
 cui aliquid dimitteret s̄ arrā. ul'
 aliqd uadimonū ut s̄ reddet pro
 missū. similiter ihc xpc misit nobis
 spm ut cēt testis etne pmissionis.
 Erponit qd sit testimoniū ihu. Sp̄e
 pphie. i. uisionis qz p spm uident
 futā bona. Notandū cur angelus
 se adorari phibuit ab humanita-
 te post aduentū. x. i. in tempore
 iohis cū pmissit adorari ante ad-
 uentū xpi in tempe abrahe sic
 legit de eo. tres uidit et unū ado-
 rauit. ideo scil' quia ante aduen-
 tū xpi n̄ erat tante dignitatis
 humana natā sicut post aduen-
 tum. exqua assumpsit filius carnē
 nrām. Et uidi celū aptum. ⁊ ecce
 equus albus. et qui sedebat sup e-
 um uocabat⁹ fidelis ⁊ uerax. et ius-
 ticia iudicat ⁊ pugnat. Per equū
 album caro. x̄ absq; macula intel-
 ligit. Per sedentē filius incarnat⁹
 qui uocat⁹ fidelis i iudicio — ⁊ ue-
 rax i pmissione. cū iusticia iudicat.
 et pugnat. i. dampnat reprobos. et
 pugnat p bonis dū iudicat. Oculi
 eius. i. predicatores et ul' doctne

ss

ss

ss

eius sicut flamma ad illos quos
inflammatur. et ignis quantum ad
se. i. excoquens omnia uitia. uel
si refertur ad eum pro igne intellige
mus. et in capite eius. i. in par
te sua uel in christo quantum ad pre
dicatores diademata multa. i. sanctorum
munus uel circumdatio habens
scriptum. i. s. impressum quod ne
mo nouit nisi ille qui dicit ipse christus.
i. membrum eius. **Q**uestitus erat
ueste aspa sanguine. Per uestem
aspam sanguine intelliguntur mar
tyres et confessores. Per hoc quod dicitur
uocabatur uerbum dei cum prius
dixisset quod nemo noscebat nomen
eius denotat quod ipse ihesus est mem
brum est membrum dei. Per gladi
um utriusque parte acutum intelligitur
spiritus sanctus qui est malis ad dam
nationem iustis ad iustificationem.
uel precepta utriusque testamenti.
uel interficiens corpus et animam.
Per uigam ferream noua lex que dicitur
ferrea ad comparationem ueteris.
quia noua a nulla alia est uiolabilis.
et ipse calcatur torcular. hoc est presen
tem ecclesiam permittit calcari a perse
cutoribus. que calcatio est uini quan
tum ad fideles. et furoris quantum ad
persecutores. uel torcular uini. i. as
piratus persecutorum. uini dico furo

ris ire dei. i. expectationis dei. quia quan
to plus expectat aliquem peccatorem.
tanto magis se irascit si non conuertitur.
Et habet scriptum in uestimento et in femore
suo. Per uestimentum intelliguntur apostoli.
et alii sancti qui sunt uestes christi. in quo uest
imento apparebunt perpetuo per miracula
que faciebant uelut in petra cuius umbra
sanabantur infirmi. et suis pedibus re
suscitati sunt mortui. et in femore suo.
i. in sua genitura apparebit illud
nomen rex regum. Per lazarium quadri
duanum quem ipse suscitauit. Per femur
genitura intelligitur ibi permanet genitura
lia. Quam genitricem abraham quoniam fecit ser
uum suum utrare super femur suum ut sibi
adduceret uxorem de progenie sua. **E**t
uidi alium angelum. Per hunc intelliguntur
predicatores in fine mundi predicantes
euangelium. stantem in sole. i. in christo. qui est ue
rus sol. stantem. i. pugnantem. Per aues
notantur fideles geminis uirtutum se a
terrenis erigentes. qui uolabat. i. predica
bat per medium celum. i. per corda fidelium. **Ue**
nite congregamini ad cenam magnam
dei ut manducetis carnes regum. hoc est
promouete uos ad melius ut incorporetis
uobis carnes regum. ut ostendatis regibus.
i. regum aliis. i. malis attribuentes quoniam
ter debeat affligere carnes suas. et car
nes tributorum. i. tribuentium doctrinam
aliis neque. et fortium in potentia se

culari. et equoz. i. brutoz male doc-
trine acquiescentiu. et sedentiu. id;
hereticoz qui sedet sup illos stultos.
et liberoz a coniugio. & seruoꝝ. & con-
iugatoꝝ et pusilloꝝ in scientia. & mag-
noꝝ. Et uidi bestia. i. anti xpm ul' di-
abolum. et reges tre. et exercitus eoz
imitatores congregatos n̄ localit̄ s;
uoluntate ad faciendū preliū cum
illo qui sedebat. i. cū xpo et cū sanc-
tis eius. **A**pphensa ē bestia. i. dia-
bolus. et cū illa pseudo ppha. i. anti
xpc. p quē est apphensa. i. compta ē
belua. i. diabolus qui fecit signa co-
ram ipsis quib; signis sedurit eos.
Hy duo. i. diabolus et anti xpc. missi
sunt in stagnū ignis ardentis. sul-
phure. i. fetore. et ceti qui n̄ fuerūt
ab eis seducti occisi sunt peccatis gla-
dio sedentis sup equū. i. predicatioē.
qui gladius pcedebat de ore. i. depdi-
catorib' eis quib; ipse loquit. Et om̄s
aues ut supius satate sūt. i. refec-
ti sūt de carnibus eoz. i. gauise sūt
quia admodū ipsoꝝ alij affligūt ca-
nes suas. que afflictio ē auiū illarū.
i. ad celū geminus alis ututū uolan-
tium. **E**t uidi aliū angelū. **M**odo
reūtatur ad aduentū. Per aliū ange-
lum notat xpc descendens de celo. i.
de patre h̄ns clauem abyssi. i. potes-
tatem repboꝝ sic aliquis h̄t potes-

tatem intrandi domū aliq̄. h̄ns
clauem. ita xpc h̄t potestatem su-
p abyssi. i. sup repbos. et cathenā
i. rigidam potestatem in manu sua.
id; in opatioē sua. et apphendit d̄
conē qui est diabolus. i. retrofluēs.
et sathanas. i. contrarius. et ligauit
eū p annos mille. i. p totam uitā
presentē scōꝝ. que uita pfecta iō
ēē d̄r quia seruant pcepta decalo-
gi pfecte ope implendo usq; ad cō-
summationē uite. qd̄ totum nota-
tur p mille. Per decem enī notan-
tur x precepta. que si decies mul-
tiplicent̄ pficiūt centū. p qd̄ no-
tat opatio. que centū si decies mul-
tiplicent̄ pficiūt mille. qd̄ signifi-
cat opis pfectionē usq; ad finē. Et i-
deo dicit ligauit eū p mille anno.
id; pfectam uitā sanctorū. et misit
eū in abyssi. i. in corda repboꝝ.
Videndū ē cur dicat et misit eū
in abyssi cum p̄mitus eēt in cor-
dib; repboꝝ. qd̄ sic soluit. ideo scilicet
hec dicit quia cū prius ante ad-
uentū xpi esset in cordib' infide-
liū missus ē p augmentationem
in corda repboꝝ nunc q; p̄r tan-
tum cruciabant̄ aīe. modo cruci-
atur corpus et aīa. quia maior
pena concedit̄ illis qui noluerūt
credē post aduentū q; p̄rmitus

id; antequā xp̄e esset nat. Et clau-
sit et signauit. i. sub sigillo posu-
it eū ne ipse possit agnoscere q̄
sint eius. ul' qui sint xp̄i diabol'
ignorat quos sit habiturus. q̄s n̄.
Multi enim uident' esse sub potes-
tate et impio diaboli. qui postea
p̄ penitentiam efficiunt' xp̄i. sig-
nauit illum dico ut n̄ seducat am-
plius gentes. i. ne ult' quā pati po-
sit temptet illos sicut ait apl's. fi-
delis d's qui n̄ patiet' uos tempta-
ri sup id qd̄ potestis. ul' ampl' i.
ne ita seducat om̄s cōmunit' ut p̄-
us. tam diu clausus erit donec con-
sumant' mille anni. i. p̄sens uita
scōz. Et post hec oportet eū solu-
modico tempe. quia n̄ albreuiass;
dñs dies illius ant' xp̄i. multi sanc-
ti essent p̄diti. Et uidi sedes. i. sa-
ne doct'ne acq̄scentes. et sederūt
sup eas doctores. et iudiciū ē datū
illis. i. sedib; et sedentib;. ul' tantū
sedentib' ut iudicet. xij. trib'. Et ri-
di aiās decollatorū. i. martyrū pp̄-
ter testimoniū ihu. i. prop̄t bo-
nam uitā quam exercebāt. prop̄t
quā testificabant' eē filij ihu.
et prop̄t uerbū. i. prop̄t predica-
tionē uerbi dei. i. quia predicabāt
deitātē filij. et uidi illos qui n̄ ad-
orauerūt bestiam neq; imaginem

eius. nec acceperunt in frontib;. i. nec ī
mentib;. nec in manib;. i. in opatioē
et uixerūt mille annis. i. p̄fecte ob-
seruauerūt p̄cepta legis usq; ad con-
sūmationē uite. et ideo regnauerūt
cū xp̄o in hac uita p̄senti existentes.
ul' postea regnauerūt. i. post separati-
onem ab hac uita regnauerūt & regnāt
et regnabūt in eternum cum xp̄o ī glā.
Ceteri mortuoz. i. alij ex mortuis ab hac
uita semotis. n̄ uixerūt. i. n̄ bene opati
fuerūt donec consumarent' anni mil-
le. i. usq; ad cōsummationē uite. & ideo
n̄ regnauerūt cum xp̄o. Hec ē prima
resurrectio. i. hoc qd̄ aliq; resurgit p̄
penitentia quando cadit p̄ peccatū. ul'
q̄n separat' ab hac uita. et resurgit ut
uiuat in glā. q̄m resurrectionē mys-
teriū debet quisq; optare. quia ille be-
atus et sanctus. i. perpetuo beat' qui
h̄t partē in resurrectionē p̄ma. et in
hys n̄ habet potestātē secunda mor̄.
Secunda mortē dicit infernū p̄t mor-
tē corporalem. ul' penā carnis cū aiā.
quia n̄ non patit' n̄ aiā. s; tē patiet'
utrūq;. s; erūt sacerdotes dō. i. seip̄os
offerentes. ul' partes ueri sacerdotis
et x̄ eius. i. hec habebunt p̄ xp̄m. et
regnabūt cū ipso mille annis. i. q̄a
in hac uita uixerūt mille annis sic ex-
posuim'. Et cū consummati fuerint
mille anni. soluet' sathanas de car-

cere in tempe antixpi. et seducet gen-
 tes que sunt sup quatuor angulos
 terre. Per quatuor notant quatuor
 elementa. ex quib; constituit corpus.
 p angulos dolos intelligimus. p ter-
 ram terrenas delectationes. hoc e su-
 per illos qui sunt dolosi et diligunt ter-
 rena propert quatuor elementa. i. delec-
 tationes corpis. qui anguli snt gog et
 magog. i. tectum et detectum. Per gog qd
 interpretant tectum notant heretici
 qui tegunt sua delicta. ul' ypocrite.
 Per magog qd interpretat detectum
 intelliguntur illi qui libere et mani-
 feste peccat. et isti omis uocant an-
 guli. i. deceptores et dolosi. et gentes
 que sedent sup illos. i. qui acquiescet
 doctrine illoz seducet. i. antixpc per-
 det et congregabit illos n localit s; m-
 te quoz numerus e sic harena. i. in-
 fructuosi sic harena. unde dic dñs
 abrahe. multiplicabo sem tuum sicut
 stellas celi. et uelut harenam que e
 in litore maris. i. fidelib' et infide-
 libus. Per stellas fideles qui illumi-
 nant obscuros peccatis ut stelle noc-
 tem. p harenam infructuosi intelli-
 guntur. et ascendent sup altitudinem
 terre. i. sup illos qui sunt altiores
 in terrenis. & circueunt castra scoz.
 i. carne scoz affligendo n aiām. et
 ciuitatem dilectam. i. congregationem

sanctorum dilectando. quam ciuita-
 tem ipse ds custodit y ptegit ab
 inimicis. et descendit ignis de
 celo. i. hec uox. discedite maledicti
 in ignem eternum. ubi cruciabuntur
 die. non qd ibi sit dies ubi sem-
 per sunt tenebre. s; die dicit ppt
 claritatem quam ipsi uidebunt. que
 illis erit cruciatus. quia dolebunt
 qd oia peccando amiserunt. et uidi
 thronum. i. filium dei candidum. i. abs-
 que macula peccati. et sedentem sup
 eum. i. patrem. ul' thronus. i. spiri-
 tus. sup qs sedebit ihesus xpc. a
 cuius conspectu fugiet terra. y ce-
 lum materiale. i. quando ipse ueni-
 et ad iudicium omnia mouebuntur.
 ul' p terram caro intelligitur. et p ce-
 lum aia. quia caro mutabitur et
 aia. Caro in immortalitatem ani-
 ma in maiorem requiem. qa in re-
 quiescit absq; corpore. te uero cum
 corpore. y p contrarium dicat de pec-
 catoribus. Et locus non e inuentus
 ille scilicet quem primitus habuerunt.
 et uidi mortuos magnos y pu-
 sillos. i. iustos et iniustos. uel
 magnos et pusillos. i. perfectos et
 minus perfectos stantes in conspec-
 tu throni. i. filii dei. s; melius e
 ut dicat communiter de omnibus scis
 scilicet ac reprobis. Na expectant sequi

tia et libri apti sūt. i. uita unī
cuiq; scilicet bonoz et maloz ē apta
coram iudice. et alius liber. i. ali
a uita. i. liber uite. hec ē libertas
xpi quā debemus imitari simi
liter erit manifesta. ul' p libros
possumus notare diuersitatem
erroroz in peccatorib'. Per unum li
brum opationē scōz que dī una
quia tendit ad unū. i. ad unā fi
dem. et iudicati sūt mortui. i. omīs
ab hac uita separati. i. boni et ma
li secundū opa ipsoz. et dedit ma
re. i. uita amarissima mortuoz su
os. i. manifestauit illos qui erāt
in eo. i. qui in ea amaritudine mo
rati fuerāt. i. scōs qui fuerūt p
pessi mundana amarissima. et
mors. i. diabolus. et inferi. i. con
sortium maloz missi sūt in stag
num ignis. ponit continēs p con
tento. Hec mors ē secunda scilicet
stagnū ignis. i. ppetuus ignis. stag
num dicit a stando. idō signifi
cat eternitatē in malū. Secundā
mortē dicit qā prius moriunt
omīs quando separant corp' a iā.
secunda. quando resurgēt et iter
moriuntur. ex qua morte nunq;
amplius resurgēt illi qui secun
dario moriuntur. ul' secundā mor
tē uocat penā que dabit' corpori

quia in nō patit' corpus nō aīa. s; tē
patiet' utrumq;. **E**t uidi celū no
uum et terrā nouam. materialit' mu
tata in melius. **V**l' celum. i. animā. y
terrā. i. carnē. que omīa mutabunt'.
quia caro erit immortal'. aīa u' que
in ē absq; corpe erit cū corpe immor
tali qd nunq; amplius fuit. Vere est
celum nouū et trā noua. quia p mū
celū et pma trā abijt. et mare. i. ama
ricatio trāna mundana nō erit mun
dana ul' istud nō mutabit' quia ex
toto destruet'. **E**t ego iohes uidi ciui
tatē scām iherlm nouam descenden
tem de celo. hoc ē se copulante capi
ti. i. x' qui ē descendens de patre. id;
minor patre scdm carnē p hoc qd
attribuit memb's descendentē quod
debent capiti dare. membra enim
nunq; descendunt s; ascendūt in hoc
qd capiti iungunt'. s; ideo facit ut
ostendat caput y membra unū eē.
ul' descendentē. i. retributionē de
celo accipientē. sicut dicit apl's. Om
ne datum optimū et omne donū
pfectū desursū ē descendens a pat
luminū. quia hoc qd dicit' uisio pa
cis de celo habet. ul' descendentē. id;
humiliantē se. et deo qcqd boni
fecit referentē. ciuitatem dico pa
ratā. i. uirtutib' ornata sicut spon
sa ornata a uiro. **E**t audiui uocem

de throno. i. de filio dicentē. Ecce tabernaculū. i. habitatio dei cū hominibꝫ. i. eadem glā dei et hominum erit. **Et** absterget dꝯ omnem lacrimam exteriorē. nec mors erit ultꝫ neqꝫ luctus. i. aliqua tristitia interitꝫ absqꝫ cōpūctiōe. ulꝫ luctus palus. neqꝫ clamor. i. delectatio terrenorū que nō pꝫmittit audiri dñica pꝫcepta. **Hecqꝫ** dolor. i. cōpunctio cordis dolendo supꝫ peccatis nichil hoz erit que pꝫma abierit. i. recesserit. **Et** dixit qui sedebat in throno. **Ecce** noua facio omnia. i. iustos et iniustos. iustoꝝ in bonū. iniustos in damnationem. quia iusti habebūt stolam duplicē. mali ū duplicem penā. ulꝫ noua facio. i. solumm̄ illa que sūt om̄ia. i. quorum partes sunt integre ꝫ pꝫfecte. i. iustos in nouo solumm̄. **Et** dixit in. factū ē. i. omnia sūt finita et expleta. **Ego** sū initiū bonorꝫ. et finis retributionū. **Ego** scienti. i. me desideranti dabo de fonte aque uiue. i. de me ipso qui sū fons uiuus. et hoc gratis. i. sine mercede. **Ideo** dicē gratis quia licet aliqꝫ bona faciamus. illa tam a nobis non habemꝫ sꝫ ab ipso. **Qui** uicit. i. usqꝫ ad finē uincēs pꝫseuerauit possidebit hec supꝫdicta. ulꝫ aquā uiuā. **Timidis** qui timore pene nō spe retributionis bene

opabantꝫ ulꝫ timidis. i. qui timore grauitatis nō audent ingredi uiam uītatis illi ꝫ alij qui secuntur ꝫ mendacibꝫ omnibꝫ. i. qꝫ ex toto sunt mendaces. pars illoꝝ. idꝫ illa pars erit in stagno ardenti. **Et** uenit unꝫ de uij. idꝫ que unū predicant. uij. angeli habentes fialas corda repleta. uij. plagis. idꝫ septem doctrinis nouissimꝫ. i. que doctrine sūt nouissime. i. ad ultimū iustis ꝫ iniustis. iustis intius. iniustis extius. qꝫ pꝫ doctrinā fuerūt passi exterius. que plaga sanabitur in fine melius. iniustis interiꝫ sit plaga illa doctrina quia noluerunt accipere. **Et** ille unus angelus loquebatꝫ mecum dicens. i. pꝫ intimationē angelicam ostendit in quasi ipse met dixisset. **Veni** ostendā tꝫ sponsam uxorem agni. **Tunc** ipse depsonauit ecclesiam qꝫ accepit carnē. tꝫ fecit eam sꝫ uxorem qꝫ pꝫ aplos attribuit illi doctrinā pꝫ quā filios genāret. ꝫ sustulit. i. ad altius pꝫmouit me pꝫ spiritū in montē magnū. i. in seip sū qui ē mons magnꝫ quantū ad alios montes. i. ad scōs. ꝫ altū. i. deitate patꝫ equalem. ꝫ lumen etꝫ simile lapidi pꝫcioso tanqꝫ lapidi iaspidis sicut cꝫstallū. **Per** ista ta

55

55

55

5

1. per lapidem pretiosū. et iaspidem et cristallum intelligitur pater et filius & sp̄s sanctus. p lapidem qui caret noīe intelligitur pater qui caret omī generatione. p iaspidem filius qui pcedit a patre. per uirorem iaspidis notat pabulum uirtutis qd tribuit filius fidelibus suis. per cristallum spiritus sanctus intelligit ab utroq; procedens. quia sicut ex cristallo pcedit ignis. ita ex spiritu scō ardor karitatis. et habebat murū magnum et altum. Per murū magnum congregatio sanctorū qui sunt iūcti. i. uniti karitate sicut lapides ī muro pementū. p altum altiores. i. firmiores. uel bonam spem habentes. **P** duodecim porta. xij. prophas. quia sicut aliq; p portā intrat ciuitatē. ita p ipsos intrabant. i. p prophetiam homines ueteri xp̄i agnitione. Per angulos xij. apli notant. quia sicut angulus duos parietes domus coniungit ita apostoli fecerūt utraq; unum. i. unierunt nouū & uetus testamētū. Per noīa scripta xij. alij sancti apud d̄m noīati & cogniti per xij. i. p ternariū. i. trinitatē. et quaternariū. i. eūgliū.

duodecim enim diuidit p ternariū. et quaternariū. p quatuor t̄nariā a quatuor eūglia notant. p tria quaternaria notatur trinitas. p xij filios isrl̄. om̄s qui filij sūt d̄m uidentis. & h̄ similitur p xij. i. p obseruantia trinitatis & eūgliorū. Ab oriente porte tr̄e. p orientē iudei designant. quia int̄ illos fuit natus sol iusticie. ul' q̄a ex illa parte orit̄. ul' quia ipsi p̄mitus orti fuerūt. i. crediderunt in x̄. et si n̄ omnes. ul' quia p̄mitus fuit eis data lex p tres portas trinitas ubiq; notatur. Per aquilonē qui ē frigide nate gentes intelligunt que erant frigide. i. absq; ulla lege. et tam̄ intrauerūt ad xp̄m p portam trinitatis. Per austrū illi qui in medio. i. post aduentū xp̄i. et post uisionē ap̄lorū fuerūt conuerti sicut cornelius & alij multi. ideo dicit in medio. q̄a auster uenit a meridie. idē in illa parte in qua sol fuit medietatē sui cursus. Per occasum illi qui in fine conuertent. & murus ciuitatis. hoc ē illi minores h̄nt xij. fundamenta. i. ap̄los. n̄ qd ipsi sint fundamentū. quia n̄ est nisi fundamentum sic legit. nemo potest ponē aliud fundamentū preter id quod positū ē. s; quia ipsi idē predicatio eorū ē causa quare xp̄c ē fundamentum eorū. et in ipsis fundamentis. i. in ipso

fundamto cuius sunt cause pdicati
 ones aploz. sunt noia. i. predicatio
 p quas noiant et cognoscunt apud
 deum. i. nom agni. Per hoc qd nom
 agni post aplos ostendit. quod fun
 damta illa non sut illoz nec operati
 ones. s; agni ihu xpi. i. p angelica in
 timatione mecum loquebat habe
 bat mensura harundinea. Per men
 sura harundinea intelligunt scrip
 ture. quia antiq solebant scribere cu
 harundine. Per aurea. sapia scrip
 turaru. ut metiret ciuitate. i. ut se
 cundu opa ciuitatis redderet mer
 cedem illi ciuitati. i. p hoc iuditiu
 scriptarum et portas & muru. qa
 ciuitas porte et mur nichil aliud
 est n. s; ideo diuisificat ita ut os
 tendat diuersitate in ecclia. i. illos
 qui sunt porte i murus. i. porte li
 cet omnes. i. mur i porte sint ciui
 tatis. et ciuitas in quadro posita e.
 i. in pfectione qa lapis hic aliquid
 aliud quadratu in quacunq parte
 iaceat pfecte stat. ul in quadro. i.
 in pfectione quatuor euglioz. uel
 in quadro. i. dilectione dei i prox
 imi. Illud qd quadratu etiam qua
 tuor ht cornua octo. quoz quatu
 or stant uersus terra. i. uersus
 uersus celu. illa que sut
 uersus celu dei dilectio

nem significat. qui u uersus e
 ram dilectione proximi. & lon
 gitude eius tanta e quanta i la
 titudo. Per longitudine opatio
 que e tanta quanta e i karitas.
 p altitudine remuneratio e ope
 rum. Per latitudine karitas q
 remuneratio tanta e quanta fu
 it karitas in illo. Et mensus e ci
 uitate harundine. i. de scripturis.
 Per stadia. i. p labores. xij. id: p co
 fessionem trinitatis i opatione eu
 gely. Nam duodecim diuidit ut
 diximus p tria quaternaria. i. p
 quatuor ternaria. Per milia per
 fectio in utroq ostendit. ideo p
 stadia intelligunt labores hui
 uite. quia stadiu uocatu e totu
 illud spatium quantum hercules
 currere potuit uno anhelitu. i. dr
 a stando quia finito cursu sta
 bat. ul propet stantes q adhuc as
 pituit cursu equoz. et ille q cur
 rit multu laborat. Vel quidam
 libri hnt xxiij. Per xxiij. decalo
 gus geminat intelligit. i. cogni
 tione et opatione p duo. ppli utri
 usq testamti. ul duo precepta
 karitatis. s; quia continent in
 decalogo ideo n ualet hec senten
 tia. i. et altitudo et latitudo. Per
 longitudine fides. p altitudine

spes quia spes semp alta desidat.
per latitudinē karitas que oīa
sunt equalia cum in alio loco
dicat maior hoz ē karita. Idō
dicunt equalia quia fides nec spe
ualent sine karitate. nec spes si
ne fide. nec fides sine spe. nec ka
ritas sine fide et spe. s; karitas
ideo maior dicit quia quando erit
in glā n̄ oportet tunc habere fi
dem neq; spem. quia uideat quod
speraueit et crediderit. s; kari
tas semp aderit illis. et mensus
ē muros eius centū quadraginta
quatuor cubitoꝝ. **P** cubitū nota
tur opatio. quia in cubito ē ma
nus. hec summa quadraturam
duodenarij nūi continet. **D**uode
cies enim duodeni centū quadra
ginta quatuor fiunt. Centenarij
numerus pfectionē significat.
Vnde in eūglio dñs. Qui relique
rit domū ul' frēs ⁊ cetā. centu
plum accipiet. i. pfectionē men
tis consequet' ut ea que semel a
miserunt repetē ultra nolit. **Q**
dragenarij quoq; nūs in sacē scrip
tura multimoda ratioē habet p
fectus. siue propt' ieiuniū dñi q̄
draginta dieb' pactū. siue propt'
decalogū legis. et iiii eūglia in q̄
bus pfectio decalogi continet. **Q**

ternarius similiter sacratus ē propt'
quatuor flumina paradisi. ul' qua
tuor libros eūglij. seu propt' qua
tuor partes mundi. ul' quatuor p̄n
cipales uirtutes. Quia in cubitu
manus ē recte p cubitū operatio
designat. **M**uri autē ipsa ē ciuitas.
Mensus ē itaq; angelus muros ci
uitatis centū quadraginta quatuor
cubitis quia omīpe d̄s perpendit ⁊
considat quantū singuli electoꝝ p
auctoritatē quatuor eūglioꝝ labo
rant in legis decalogo quantūq; per
fectionē mentis consequunt' ut ad
societatē angloꝝ puenire possit. **V**n
de sequit'. **M**ensura hoīs que ē angli.
Quantū ad littam p̄tinet hic osten
dit ipsum angelum qui hec osten
debat iohanni in figura hominis
apparuisse quantū autē ad altiore
p̄tinet intellectū mensura hoīs que
ē angeli. recte ipse angelus eccliam
metit. quia glā angloꝝ ⁊ hominū
in beatitudine una erit celesti. **V**nde
in eūglio ipse dicit. Neq; nubēt ne
q; nubent. s; erunt sicut angeli d̄i
in celo. **V**el ideo m̄sura hominis que
ē angeli dicit. quia qd angeli reman
serunt in celo post casū archan
geli. tot homines . . . ascensu
ri sūt de terris . . . ad celum.
Et erat structa . . . id; adifi

citio muri eius ex lapide iaspide.
Iaspis lapis est uiridis
 coloris atque ideo dominum ihesum christum sig-
 nificat quia est refectio sanctorum anima-
 rum. In contemplatione enim dei omni-
 potentis erit summa electorum refectio
 et eterna sacietas iuxta illud psalmiste.
 dominus regit me et non in deerit. et lo. pas-
 ibi me col. Siue etiam per lapidem iaspidem
 electi exprimentur quorum fides nunquam mar-
 cessit. sed in uiriditate operationis constat
 et lapide quoque iaspide structura muri ef-
 ficatur quia prius in ecclesia funda-
 mentum christi constituit cui etiam fide-
 les omnes supponunt. Iuxta illud apo-
 toli. Ad quem accedentes lapidem ui-
 uuum. et ipsi tanquam lapides uiui
 superedificamini. Nam sicut in mu-
 ri edificatione primo ponuntur lapides
 magni. et quadrati qui alios super se
 positos portant. qui et ipsi alios portant.
 sic quoque omnis edificatio construitur quous-
 que ad ultimum lapidem perueniat qui
 cum portet ab omnibus ipse neminem
 portat. ita in fundamento ecclesie primo
 positi sunt apostoli. martyres. deinde con-
 fessores. uirgines. uidue. ceterique sanc-
 ti qui se omnes inuicem portant passio-
 nes sue mentis libentissime tolerantes.
 iuxta illud apostoli. alter alteri onera
 portate. Vel etiam exemplo semetipso
 inuicem fouentes. Et ita agit usque ad


finem seculi quando ultimus electus
 in culmine huius edificii nouissi-
 mo ponitur qui cum portet ab omni-
 bus retus se precedentibus ipse tan-
 tum non habebit quem portet. quia in
 ipso omnis edificatio ecclesie consum-
 mabitur. Erunt uero christus et fundamen-
 tum et consummatio ecclesie qui initium
 et finis. Ipsa uero ciuitas aurum
 mundum simile uitro mundo. P
 aurum claritas celestis intelligitur
 de qua dominus dicit. Accipite scientiam
 sicut aurum. In uitro uero puritas
 cordium intelligitur. Nam exceteris
 metallis si conficitur uas aliquid que-
 quid intrinsecus ponitur extrinsecus mi-
 nime uidetur. Inuitatur autem quequid
 intus ponitur totum extrinsecus perspici-
 tur. atque ideo designatur puritas
 cordis omnium sanctorum que inuicem
 in celesti beatitudine omnibus ma-
 nifestabit. hec uerba ad presentem ec-
 clesiam referri non possunt in quibus sin-
 gulis singulorum conscientie cuncti ma-
 nifestabuntur. Quicquid enim ab a-
 liquo cogitatum fuerit. totum uide-
 bitur ab alio. sic quoque unusquisque ter-
 erit conspicibilis alii. sic non esse
 non potest. Vel per aurum sic dictum
 est intelligitur sapientia superna. per ui-
 trum uero puritas fidei. Nam inui-
 tus sicut dictum est quicquid ponitur

interius totū uidet̄ exterius. et per
hoc puritas fidei designat̄ quam
sancti tenentes corde manifestat̄
etiam ore. nec quicq̄. intus agit̄ p̄
simulationē quod non uideatur
exterius p̄ puram oris et opis cō
fessionē. fundamenta muri ciui
tatis omni lapide p̄tioso ornata.
fundamenta ciuitatis. i. ecclie sūt
patriarche. pp̄he. et ceti predica
tores. sup̄ quoz doctrina ul' ex
empla constat ecclie structura.
Que fundamenta om̄i lapide pre
tioso. i. omnib' uirtutib' scil' fide.
spe. karitate. et cetis sunt orna
ta bonoz actiū opib'. siue etiā
lapides pretiosos intellige om̄s
imitatores illoz qui in edificio
ciuitatis positi sunt. ipsamq; ci
uitatem morib' et uita exornāt.
De his lapidib' dñs p̄ propham
dicit. Ecce ego sternā p̄ ordinē la
pides tuos et fundabo te in sa
phiris. Unde sequit̄ fundamen
tū primū iaspidis. Qui lapis ut
supradictū ē uiridis ē color. at
q; ideo non incongrue significat
dñm qui ē pabulum et refectio
omniū electoz. Ipse ē primū
fundamentū ecclie quia ut a
postolus dicit. fundamentum
nemo potest ponē pret̄ id quod

positū ē. qd ē xp̄c ihs. Significat
quoq; electos quoz fides nunquā
marcescit. s; semp̄ in opationis ui
rore pseuat. Secund' saphir'. Saphi
rus lapis in sua natā nequaquā ē
pretiosus. s; in mystio ualde inueni
tur p̄clarus. quia aereū colorē h̄t
et ideo significat sanctos qui celestia
mente petunt dicentes cū ap̄lo. Nra
conu'satio in celis ē. Tertius calcedo
nius. Calcedoni' lapis multo ē ui
lior saphiro in natā. s; in mysticis
sensibus ualde inuenit̄ et ipse p̄
tiosus. Est enī fortissime natē adō
ut omniū sculpentū argumtis re
sistat atq; ideo significat sanctos q̄
inuictissimi sūt int̄ adūsa hui' se
culi. Quoz un' dicit. Qs nos separa
bit a karitate x'. Et iterū. Certus
sum quia neq; mors. neq; uita. neq;
angeli. ⁊ cetā poterūt nos separare
a karitate x'. et tales bene in fun
damto ecclie constituunt̄. quia ali
is exempla fortitudinis p̄bent. Vñ
et idem sius auditoub' dicit. Imitato
res mei estote sic et ego x'. habet q;
idem lapis similitudinē lucē pal
lentis. et in hoc humilitatē sancto
rum significat q̄ in p̄senti uita pal
lidi habent̄ quia despiciunt̄. ⁊ ueluti
in nichilum reputant̄. Attam̄
ipsi in loco obscuro lucēt alijs q̄a lu

men scientie et ardoris demonstrant. Unde et ex illoz uno dicitur. Ille erat lucena ardens et lucens. Ardens uidelicet fide & dilectione. lucens ubi opere. Quartus smaragdus. Smaragdus pretiosus est lapis in sua natura. si pretiosior in electorum figura. Qui lapis tante uiriditatis est. ut omnem uiriditatem herbarum superet. et aerem circumfusum uiridem reddat. Reddit etiam imaginem aspicientium si moles eius fuerit ampla. Huius lapidis multa sunt genera. si pretiosissimi smaragdinei lapides reperiuntur in scythia regione deserta. Quos tantum custodiunt gryphes animalia terribilia et ferocia. que corpus habent leoninum. pedes autem et rostrum & alas ut aquila. ideoque per terram ut leones currunt. per aera uolant ut aues. Que bestie custodiunt ipsam deserti regionem. et seruant ipsos lapides. non quod ipse eos in suam conuertant utilitatem. sed hominibus ipsos auferunt. Cum quibus armati homines unum oculum habentes bellum gerunt. et auferunt ipsos lapides eis. Que res in se pulchrum continet mysterium. Lapis quippe smaragdus. qui ut diximus nimie uiriditatis christum significat qui post eam eterne refectionis suae daturus est fidelibus. Porro desertum in quo reperi-

untur lapides significat corda fidelium. qui se a terrenis. et curis huius mundi longe faciunt ut secreta cordis sui quiete domino seruiant. Unde unus eorum dicitur. Longaui fugiens et mansi in solitudine. In quorum cordibus inuenitur smaragdus quia in ipsis habitat christus. si assunt gryphes. id est maligni spiritus qui nituntur tollere christum de cordibus fidelium non quod ipsi eum habeant. sed inuidentes hominibus auferunt eum. Si sunt armati unum oculum habentes. id est electi oculum mentis possidentes. qui bellant cum gryphibus. id est cum malignis spiritibus. christum quippe sibi arripiunt qui est lapis pretiosus. Et sicut dominus designatur per hunc lapidem. ita etiam electi quorum fides nunquam marcescet. Nam et ipsi in fundamento ecclesie ponuntur. quia alios et exemplo et doctrina erudiant. et in christi doctrina confortantur. Quintus sardonius. Sardonius compositus est ex sardio & onice. cuius genera plurima sunt. sed pretiosior tribus coloribus distinguitur in modum unguinis. quod in subtiori parte habet colorem nigrum. in medio rubicundum. in superiori candidum. vel alium. Primam

partem habet nigrā medio can-
didam superius rubeam — signi-
ficat sanctos qui nigri. i. despec-
ti et abominabiles uident. s;
tamen inuocati p̄ gratiam xp̄i.
semp̄ splendore fidei irradiant̄
adeo. ut si necessitas fuerit ul' in-
gruerit etiam p̄ karitatis officium
pp̄m sanguinē n̄ solum p̄ ami-
cis. s; etiam p̄ ipsis fundem
ini  micis. quod significat̄
p̄ colorē rubeum. Hinc in canticis
canticorū ecclesia dicit. Nolite consi-
derare qđ fusca sum quia decolora-
uit me sol. Unde paulus aposto-
lus ait. Et si exterior ho n̄r corrū-
pit̄ tam̄ interior renouat̄ de die in
diē. Sextus sardius. **S**ardius la-
pis terre rubre speciem h̄t idō q;
significat scōs. quia licet ad sub-
limia contuenda ducant̄. tam̄ su-
am semp̄ student recognoscere fra-
gilitatē recognoscentes se eē filio-
ade qđ rubra t̄ra interpretat̄. Re-
ducunt quippe semp̄ ad memo-
riā quid sint et unde uenerūt.
i. ex radice fragilis et peccatoris
hominis. ne accepto celestis gr̄e do-
no supbi sit. Hinc ezechiel sepe cō-
tuens celestia mystia filius hoīs
uocat̄. Et abrahā. loquar ad domi-
nū meū cū sim puluis et cinis.

Et psalmista. Mem̄to dñe qm̄ pul-
uis sū homo sicut fenū dies eius.
Bene autē iste lapis seruo loco sub-
rogat̄. qui t̄re rubre speciem habet.
quia et prim' homo sexta die condi-
tus inuenit̄. Cui dictū ē. terra es et
in terrā ibis. Septim' crisolitus. **C**ri-
solitus q̄ aurū fulget. et uidet̄ ex
se emittē quasda ardentēs scintil-
las. Cui' specie significant̄ h̄y q̄ lu-
ce supne sapiē resplendent. suas
q; uirtutes atq; sententias cū ūbo
exoratiois uelut scintillas in prox-
imos effundūt quib; ad amorem
dei et primi alios accendāt. Octau'
berillus. **B**erillus duos colores h̄t.
uiridem et pallentē. p̄ quē illorū
uita designat̄ qui et̄noꝝ contem-
platiōi bonorū inherēt. et iterū
curā frat̄ne amministrationis q̄
ad pallorē redeūt. dū extiora fr̄ib'
p̄ actiuā uitā administrare stu-
dent. et qui paulo ante fuerūt ui-
rides in dei contemplatiōe. palle-
cūt iterū in temporalium rerū per
humanitatis officium amminis-
tratione. Non' topazius. **T**opazius
lapis in se omnium lapidū colores
h̄t. Vñ et nom̄ accepit. quia pan-
grece latine omne dicit̄. Quo ni-
chil carius reges in thesauris su-
is possūt habere. et nascit̄ in in-

sula egypti que dicitur topazion
 significans scōs omnib' uirtutib'
 refertos. et q̄i multis colorib; sic mul
 tis uirtutibus lucentes. Decimus
 crisoprasus **C**risoprasus aurei
 coloris et uiridis ē. Qd ipso nomi
 ne manifestat. parū distans a be
 rillo. significās autē electos sapien
 tia resplendentes. et in uiriditate
 fidei semp ad celestia tendentes.
 Undecimus iacinctus. **I**acinctus
 ē similis aque scil' radius p̄fuse. et
 in hoc significat electos sapiā reple
 tos n̄ humana. s; qua sunt filij se
 culi prudentiores. s; diuina que p̄
 radios scil' aque immisos signifi
 catur. Duodecim' ametistus. Ame
 tistus trib' colorib; principalib' dis
 tinguit. purpureo. uiolatico. ⁊ ro
 seo. et in hoc significant' sancti qui
 celestē habitū gerūt in trīs. et ad
 p̄mum. et ad coeuitatē angloꝝ uen
 turi s̄t in celis. Vñ dñs dicit. **E**
 runt sicut angeli. Qd designat.
 p̄ purpurā que principū ē indu
 mentum. In uiola autē que humil'
 ē herba. et tam odorem optimum
 habet humilitas illoꝝ exprimit'
 cū bone opiniois odore. In roseo co
 lore karitas intelligit' que in tan
 tum in illis uiget ut ⁊ usq; ad pas
 sionē martyru n̄ solū. p̄ amicis. s;

etiam p̄ ipsis p̄filiat inimicis.
 Unde dñs dicit. **M**aiore hac dilec
 tionē nemo h̄t qm̄ ut animam
 suā ponat quis p̄ amicis sui. Et
 xij porte xij margarete s̄t per
 singlas. Quantū ad literā pu
 net hoc d̄r qd illa ciuitas habet
 duodecim portas. Et single porte
 erant ex singlis margaritis. idē
 unaqueq; porta erat ex una gē
 ma. et iterū unaqueq; porta erat
 xij. margarete que sūt exliiij.
 Una porta ul' margarita si sin
 glariter om̄s dñs ih̄c intelligit'.
 qui sicut d̄r fundamētū funda
 mentoꝝ. sic etiā potest dici mar
 garita margaritarū. Istud; mar
 garitū qd negotiatoꝝ uenditis
 omnib' emit. In xij autē portis
 intelligunt' sancti apli. et ceti sc̄i
 predicatorē q̄ nob̄ ianuā ecclie a
 puerūt. Unde psalmista. **A**p̄ite
 m̄ portas iusticie. Statimq; eti
 am unā portā annectit que sin
 glarit' dñm̄ significat sic dic
 tum ē sine quo nemo uenit ad
 patrē dicens hec porta dñi i. i.
 t. b. i. e. **S**up̄ legim' qd mensus
 ē angelus muros ciuitatis exliij.
 cubitoꝝ qui nūs hic replicatur
 cū xij margarete p̄ singlas xij
 portas describuntur quia duo

55

denarius numerus duodecies duc-
tus celiuū consumat. in quo om-
nis multitudo sanctorū conclu-
ditur. Et plateas ciuitatis aurū
mundū tanquam uitrū pluci-
dum. et hic platea ipsius ciui-
tatis hisdem metallis fert. Per
muros quippe ipsius ciuitatis
robustiores et eminentiores scī
intelligunt. Per plateā ū que
a latitudine ita uocat quia gre-
ce platon latine latū dicitur. sim-
plices intelligunt. ipsisq; subiec-
ti in latitudine karitatis oran-
tes. Dicit autē platea ciuitatis
ex auro mundo sicut et muri
fuisse. quia licet ibi distantia
meritorū. quia sicut in hac ui-
ta inuenitur sciorū alio. sic in il-
la beatitudine inuenit alio alio
eminentior tantū possidebit u-
nusq; in alio qd n̄ habebit in se
p karitatis amorē. hinc p beatū
iob dicit. Paruū et maguū ibi sunt.
Et apłs. Stella a stella differt in
claritate. sic et resurrectio mor-
tuorū. Nam claritas p aurū de-
signat supne retributiōis. Per ui-
trū ū puritas cordis illoz expri-
mit. que tunc singlis inuicē ma-
nifestabit. hisdem itaq; metal-
lis platea adornat quib; et mu-

ri. quia licet n̄ habeant tantam
gloriam subiecti quantā prelati et
doctores ecclie. tam ut dictū ē qd in
se quisq; n̄ habebit in altō posside-
bit p karitatis ardorē qn̄ sic ait
apłs erit d̄s om̄ia in omnib;. Unde
sequit. Et templū non uidi in ea do-
minū enī omnipotēs templū illū ē
et agrū. Presens ecclia templum dī ē
iuxta qd apłs dicit. Templū enim dī
sanctū ē. Tamen habet etiā ipsa tē-
plū corporale. i. locū oratiōis quo con-
ueniūt fideles ad audienda diuina
eloquia. et celebranda x̄ sacramen-
ta. Illa autē ciuitas celestis iherlm̄
iam n̄ habebit templū uisibile qd
d̄ns d̄s omnipotēs pater et agrū. i.
filius dī ē eius templū. hinc pau-
lus dicit. Non enim in manufactis
habitaui ihs̄ introiuit. Et alibi.
Xpc̄ existens pontifex futurorū bonorū
pamplius et pfectius tabernacu-
lum n̄ manufactū. i. n̄ huius crea-
tiōis. introiuit semel in scā. Et hoc
templum. i. totā trinitatē n̄ pos-
sidet ecclia p fidem. tē ū possidebit
p manifestā sp̄tiem qn̄ d̄s erit
om̄ia in omnib;. et in illo. Erit enī
tē templū ecclie. pat̄ cum filio et
spū sancto. quia inhabitauit ille
eccliam regendo y ista inhabitacu-
li illū in eo quiescendo. inq; scilicet

mansione. i. diuinitatis protectione
 tribus qualitatib' uigebit. quia ha-
 bebit ibi eē felicit. et nosse sanctā
 trinitatē pfecte. y eā quā nouerit
 caste diligere. In his trib' qualita-
 tib' beatitudinū omnis sūma bea-
 tudinis cōsistit. **E**t ciuitas n̄
 eget sole neq; luna ut luceāt in ea.
 Hec iherlīm que in p̄senti agit' indie
 fruit' sole in nocte ū lune. Illa
 autē celestis iherlīm nich' hoz indige-
 bit. quia uerū habebit lum' qd' n̄
 solū corpora. s; etiā mentes singloz
 illuminabit. **V**nde sequit'. Nam cla-
 ritas dei illuminabit eā. Ipse enī
 d's qui n̄ illuminat m̄tes fidelū
 p̄ fidem. ipse tē multo magis illu-
 minabit cū eum meruerit uidere
 facie ad faciem. Hic ipse dic'. Beati-
 mundo corde. qu. ip. d. v. Et lucerna
 et' ē agnus. Lucerna ad ignē ptinet.
 Nam p̄sens ecclia eget lucēna. i. igne
 corporali illuminari. Illa autē n̄ in-
 digebit hac frui lucēna. quia lum'
 eius ē agn'. i. uisio x̄ cum patre et
 spū scō. De ipso enī filio in libro sa-
 piē dr'. Candor enī est lucis et̄ne.
 Que lux itaq; in p̄senti uideri neq̄t.
 Vnde dñs ad moysen dicit. Non enī
 uidebit me ho et uiuet. **E**tambu-
 labunt gentes in lumē eius. lum'
 ecclie x̄pc. Vnde p̄ ysaiā dr'. Surge

illuminare ihe. quia ue. lu. tuū.
 Hec autē uerba n̄ ad futū remu-
 nationē. s; ad p̄sentis refēnda eē
 satis elucet. Neq; enim tē sancti
 in ambulando laborabūt. s; post
 laborē beate uiuendo q̄scēt. Nō
 itaq; ambulāt p̄ lum' eius. i. p̄ ce-
 terosq; x̄ fidem et' ut postea pue-
 nientes ad patriā celestē quiescāt
 in ipso lumē. i. in cōtemplatiōe.
Et reges t̄re glām suā et honorē
 in illā. Reges t̄re intelligunt' ius-
 ti q' bene se cū subiectis regē sata-
 gunt. De quib; dictū ē. Cor regis
 in manu dei. q' uoluerit uertet
 illud. Isti itaq; reges. i. om̄s iusti
 suā glām y honorē qd' id ipsū ē
 referēt ad illam celestē iherlīm. qā
 omnē suā remunationē et p̄spira-
 tem atq; suū om̄e gaudiū et exul-
 tationē ibi recipiet. Et quo amplius
 in hac uita affligunt' & despiciun-
 tur. eo amplius ibi exaltabunt'. Quo
 cont' rep̄bi q' in hac uita p̄senti
 glām suā et honorē possidet y i
 p̄spis hui' mundi exaltabunt'
 ibi uacui remanebūt. Vñ dñs di-
 cit. Ne uobis diuitib' qui hic ha-
 betis cōsolationē urām. Quia enī
 scī in p̄senti uita glām hui' seclī
 que rep̄boz ē non amat. idcirco su-
 am ad et̄nam glām deferūt qñ

ibi exaltati remunerabunt. cum eorum
uni dixit dominus. Tu esto super decem
ciuitates. alteri autem tu super u-
nam. sicut in euangelio ipse dicit.
Aliiter reges terre intelligunt a-
postoli ceteri que predicatores qui
propter regnum anime quas regunt
iure reges dicunt. Isti afferent glo-
riam suam et honorem in illam. hoc est
omnes que acquisierint sua predicacione et doctina.

te enim gloria re-
gum et honor
uocantur hi
per quibus idem
reges coronan-
tur.

¶ **U**n paulus quibusdam diebus. gloria nostra. v. e. Rec-
t porte eius non claudentur per diem
Magna erit securitas in iherosolima ce-
lesti ubi nulle erunt insidie inimi-
ci. et ideo ibi porte non claudentur
quia dies erit ibi perpetuus. cui nox
non succedet. Unde sequitur. Nox enim
non erit illic. **S**ed uideamus quomodo in pre-
senti uita claudentur porte que uti-
que predicatores intelligunt per quorum
ministerium ecclesiam intrant. Porte
enim ciuitatis dum clauduntur ingre-
dientibus aditum non permittunt. Ita ergo
clauduntur porte dum sancti predica-
tores diabolum repellunt a cordibus fide-
lium. ipsique aditum negant. dum eos in-
struunt quomodo eius temptationibus re-
sistant. hinc petrus dicit. Aduersarius
uester diabolus tanquam leo rugiens
circuit querens quem deuoret. cui re-
sistite fortes in fide. Ideo autem dicitur
porte eius non claudentur. quia sub

lato noctis timore dies perpetua ibi lu-
cebit sanctis. Hec iam ibi dicitur. uigilate
et orate. quod ad noctem aduersitatis per-
tinet. sed uacate et uidete quia ego sum
deus. quod ad diem dirigitur securitate. Et
asserent gloriam et honorem gentium in illa.
hanc dubium illi qui superius appellan-
tur reges terre. id est sancti predicatorum qui
gloriam et honorem gentium in illam ci-
uitatem afferent. quando aggregata tur-
ba fidelium ipsos que predicando addux-
erunt ad fidem. secum ad patriam ce-
lestem adducet. Magna enim gloria et
magnum honorem gentium in illa ciuita-
te afferent. quia ex maxima parte ex
ipsis gentibus decorabitur. **N**ec intrabit
in ea aliquid conquinatum. et facies abho-
minationis. In hac ciuitate conquinatum
id est uicium maculatum. et facientes
abominationem. id est peccatores intrant
cum bonis. quia sicut hec uita inter
celum et terram consistit. ita utriusque par-
tis ciues in se continet. In illa autem
uero soli erunt boni non intrabit conquinatum
id est faciens abominationem. id est
peccatum. quia nulla erit permixtio ma-
lorum. sed sola societas bonorum. Solum enim
boni regnabunt cum christo. cum quo et
inquit in eadem celesti iherosolima felicitate per-
manebunt. Et mendacium non intrabit
in eam. id est quilibet mendacium culpam
perpetrans. Omne enim mendacium

sicut sup̄dictū ē non caret peccato. **N**isi qui scripti sūt in libro uite agni. i. hy soli celestē iherl̄m ingredientē qui ī dei p̄sciā ad hoc ante om̄ia seclā sūt p̄sciti et p̄ordinati. **L**iber uite agni uis intelligit̄ omnipotentis dei sicut sup̄ius dictū ē. q̄ om̄ia scit ante q̄. fiāt.

et ostendit in flum̄ aque uite splendi- **XXII**
dum tanq̄. cristallū. p̄cedens de sede dei ⁊ agni. flum̄ aque uite intelligit̄ doctrina noui ⁊ uetis testam̄ti. Qd̄ aq̄ p̄dicationē significet salomon docet qui dicit aqua p̄funda ūba ex ore uiri. et torrēs re inundās scōs sapiē. Et dñs dicit in eūglio. Qui in me credit flum̄ia de uen. et̄. flu. aq̄. vi. **S**ic cū una sit doctrina noui et ueteris testam̄ti pluralit̄ p̄nunciat̄ q̄ scilicet unitatē fidei annūciat ⁊ tam̄ ad multos auditores puenit ⁊ p̄ multoz ora diffundit̄. Bene ⁊ flum̄ aque uite uocat̄. quia q̄s irrigat uiuificat. et ad uitā et̄nam inuitat. **R**ecte quoq̄. c̄stallo splendenti cōparat̄ p̄p̄t puritatē fidei que in baptismo p̄cipitur. Q̄s enim irrigando uiuificat ad aquā baptismatis p̄ducit. eos q̄ puritate fidei splendidos ⁊ fortissimos reddit. **S**edes autē dei pat̄s ⁊ agni. i. dñi filij aqua ipsa aq̄ procedit. ē ecclia fidelium. Quibz paulus dicit. Templū dei sc̄m ē qd̄ estis uos. quia in illoz cordibz sedet cū patre et spū sc̄o. Quoz q̄ insepara-

bilis ē potestas. inseparabilis ē ⁊ sedes. **A**b ipsa dei sede p̄cedit aq̄. q̄ p̄ ipsā eccliam diffundit̄ p̄dicatio. in medio platee et̄. i. in medio ipsi ecclie.

Nec solū ipsa doctrina robustos q̄sq̄ irrigat. s; etiā simplices q̄ p̄ plateā designant̄. **E**x utq̄. parte fluminis lignū uite afferēs fructus. ru p̄ m̄ses. **H**oc iuxta lit̄am n̄ pot̄ intelligi ut uidet̄ lignū ex utq̄. parte fluminis sit n̄ forte ī mediū sit positū. ut ram̄ illi h̄ic ⁊ in sit expansi. **S**ic spū alit̄ ē intelligendū. **L**ignū quippe uite. x̄ ē sapiā dñi pat̄s de qua salomon dicit. lignū uite ē his qui apprehenderit̄ eam. et qui tenuerit eā beatus. **H**ic et in libro genesi legimus qd̄ fuerit lignū in medio paradisi. qd̄ scilicet lignū dñm ihm xp̄m significat. q̄ uitā et̄nam p̄stat se digne comedentibz. **L**ignū itaq̄. ex utq̄. parte fluminis est. quia et nouū q̄ uet̄ testam̄tum xp̄m annunciat. et q̄ in ueti annunciat̄. hoc in nouo manifesta tur adimpletū. **P**er menses autē. ru. in quibz ipse xpc̄ qui ē lignū uite suos affert. ru. intelligunt̄. **D**icit enī ipse de se ⁊ ipsis in eūglio. **N**onne. ru. s̄t bore diei. **S**e appellat diem. horas autē. ru. aplos. **E**t quia ex horis diei. ex

diebus menses efficiunt. qđ signi-
ficat simplicit̄ p̄ horas xij. hoc ̄
p̄ xij. menses. i. ipsi xij apli. p̄ q̄s
xpc̄ suū fructū affert. hoc ē mi-
racula predicationū atq; opa ce-
lestia. Hinc in eūgl̄io legitur q̄
p̄fecti p̄dicauerūt ubiq; dō coo-
pante. hinc et paulus dic̄. An
experimentū eius queritis q̄ in me
loquit̄ xpc̄. Singla subaudis lig-
na reddentia fructū suū. Qđ in-
telligit̄ per menses hoc intelligit̄
p̄ ligna que ab ipso stipite p̄cedūt.
xij. uidl̄ apli. et in ip̄s om̄s sanc-
ti. qui fructū fidei sue atq; oratio-
nis reddē assidue n̄ cessāt. & folia
ligni ad sanitatē gentiū. Si p̄ ra-
mos stipitis apli intelligunt̄. ̄ p̄
folia ligni eorū intelligunt̄ discipu-
li. q̄ ad sanitatē gentiū pueniūt.
qual suo exemplo et doctrina instru-
unt et ad uerā sanitatē mentis p̄-
ducūt. Si autē ad celestē iherl̄m h̄
referre uoluerim. Flum̄ aque ui-
te intelligam̄ contemplationē scē-
tutatis in qua ē sacietas et̄ne re-
demptionis. iuxta illud psalmiste.
Saciabor cū manifestabit̄. g. t.
Ham et sup̄ discernente dño le-
gam̄. Ego scienti dabo de fonte
uite gratis. h̄c et psalmista ip-
sum eē fontē ostendēs dic̄. Inebri-

abunt̄ ab ub̄tate do. r. ̄ tor. uo. t. p. e.
In hoc ū fonte ē uita p̄petua. q̄a qui
cūq; ad dei contemplationē puenire po-
terit h̄ns uitā. i. dñm. ipse q̄; uiuet in
eternū. Qđ uidl̄ splendidū dr̄ ut c̄s
tallū. quia sua cōtemplatiōe p̄ducet
ad immortalitatē. Quod etiā flumen
bene a sede dei p̄cedē dr̄. ̄ in plateā ci-
uitatis deriuari. Quod enī ē sedes. h̄
ē et platea ciuitatis. i. om̄s ecclia ge-
nāliter. s̄. p̄p̄t̄ diuisorū p̄sonas ita distin-
guūt. quia q̄s possidendo dirigit ub̄tate
sue uisionis faciat b̄n in sede tanquā
fons redundat. quia ipsā suā uisionē
singlis p̄ qualitate m̄itorū distribuit.
Iure in medio ciuitatis tanq̄. de fon-
te deriuari dr̄. De sede itaq; dei p̄ce-
dit. et in medio platee ciuitatis redun-
dat. ut unquusq; habitator p̄ uiribus
inde hauriat. p̄ m̄tis accipiat. q̄a licet
eadē uisio simul habeat̄ ab omnib; ta-
men p̄ singlorū m̄tis unicuiq; distri-
buit̄. Et ex utq; parte fluminis lig-
nū uite. Qđ sup̄ius designat̄ p̄ fon-
tē aque uite. hoc etiā n̄c designat̄ p̄
lignū ex utq; parte fluminis positū.
i. contemplatio scē t̄nūtatis. q̄a ange-
licā et humanā natām h̄c in faci-
at. Ipsa q̄; uisionis portio ita ē multi-
moda ut quicq; cuiq; in desidio t̄nē
uenit̄ hec eadē uisio fiat q̄nq; sic apl̄s
dic̄. Er̄it d̄s om̄ia in omnib; S; nec

mirū cum etiā ipsū manna filius israhel de celo attributū per qd̄ et̄na societatis figatur. hoc secundū scripturā unicuiq; sapuerit in ore qd̄ fuisse delectatus. Per menses quib; ipsū lignū fructus affert et̄nitas intelligit. Per annos. ut. anni tui n̄ deficient. Per menses. ut ē illud ysaię. Et erit mensis ex mense. Per diem. ut ē illud. melior ē dies una in at. tu. su. mi. Et ordinatio tua pseuat dies. Lignū ḡ uite p̄ duodecim menses. xy. fructus reddit. q̄ ipsa merces beate immortalitatis que per fructus designat̄ qua electi fruunt̄ nullū terminū h̄t. s; sine fine manebit. Singlā ligna reddentia fructū suū. In hoc fructū suū reddent. qm̄ mercedē opum suoz percipient. & folia ligni ad sanitatē gentium. folia ligni ad laudes scōz intelligunt̄. de quib; psalmista. Beati qui habitāt in domo. t. d. Que laudes ad sanitatē gentiū pficient cū earū corda perpetua laus creatoris. nullam ī eis fatigationē ul̄ tristitiā sunt īesse. Et om̄ne maledictū n̄ erit in ea amplius. In p̄senti ecclia maledictum ē gens hominū qui in can maledictionē p̄cepunt. in illa societate scōz nullū erit maledictū. s; om̄is ecclia electoz benedicet̄ in suis adiutorib; cum audierit. Venite

benedicti pa. m. y. cet. S; sedes di et agni in illa erūt. Superius unā sedem posuerat de qua et dixerat se iudisse emanare flum̄ aque uite. n̄ autē pluralit̄ sedes introducat dicēs. Sedes di in illa erūt. S; hec significat̄ plures sedes qd̄ una. i. om̄nē eccliam electoz. Que scil̄ propt̄ unitatē fidei in una sede propt̄ diuisitatē gentiū in plurib; exprimit̄. unde et superius xxiiij. sedes in se eē referuntur. Et serui ei seruiēt illi. Cum dñs dicat iam n̄ dicam uos seruos s; amicos. quom̄ hic sc̄ptā iam immortales factos uocat seruos. Aut si iam seruitute corruptio nis libati. ad libertatē et glām filioz dei tē pueniēt quomodo ī illa et̄na quiete seruire dñr. S; sciendū nobis ē quia in eo qd̄ iā nullo certamine desudabūt s; in et̄na requie fouent̄ liberi erūt. & nulla seruitute obnoxii. nā y nē n̄ sūt serui timoris s; amoris. Duce enī sūt seruitutes. quia aliter timet seruū ne uerbetur a domino. alit̄ autē filius ne p̄uet̄ hereditate pat̄na offendēs in aliquo p̄i patris oculos. Ille ḡ seruit timore. iste autē amore. hac seruiunt electi domino omnipotenti p̄

cauentes omnino ne eum in aliquo
offendat peccando. Ibi autem serui-
ent illi laudando. et glorifican-
do illum iuxta illud. Beati qui ha-
bitant in do. t. d. Et uidebunt fa-
ciem eius. i. perfectam eius cogni-
tionem habebunt. Neque enim hoc pu-
erilitate intelligendum est. ut putemus
eum faciem habere que corporeis
oculis possit uideri. Sed quia in facie
hominis est cognitio. ideo hic per faciem quam
electi uident dominum nichil aliud quam cogni-
tio sancte trinitatis intelligitur. hic
scriptum est. Scimus quia cum appa-
ruerit similes ei erimus. quoniam uer-
si est. Talem enim dominum uidebit sancti
qualem nec angeli uident. De quibus
dominus dicit. Angeli eorum semper ui-

sa. pa. q. in ce. e. De hac autem
uisione quomodo intelligendum sit
satis supra dictum est. Et beatus ambro-
sius dicta aliorum doctorum plura lo-
quitur patefaciens oculis mentis dei
naturam esse contemplandam sicut et
karitas uidetur. Si enim exterior homo
nostri non potest uideri interior. quan-
to magis dominum uideri non poterit qui
utique multo subtilior est anima
